de ibi angelū presentē qui dicit. o de isto
ꝓditore quid ego dicā iudici. O de ista
meretrice siue putana quid dicā. Eciā de
celo illi clamāt ꝯ illuz peccatorē acsi mo
do corā nobis veniret aliqua mulier me
retrix nuda om̄s vos diceret. O illa vi
lis meretrix foras ⁊c̄. Mō cogitate qua
liter sci angeli qui abhorrēt peccata qua-
liter indignant̄. Auc̄tas. Ecce videntes
clamabūt foris. angeli pacis amare fle-
būt. Isa. xxxiij. ¶ Nota ecce vidētes qr
sunt nobiscū hic angeli qui sūt de celo qr
illi de inferno sunt angeli guerre ⁊ diuisi
onis amare flebūt q̄tuz ad detestacōez
pctōꝝ. Non intelligatis ꝙ sit talis fletꝰ
sicut ⁊ noster. qui venit ex tristicia vel de
uocōe sicut in deuotis ꝑsonis. Cogita q̄

le testīoniuz faciet angelus in iudicō qñ
enim aīa peccatrix īpenitens venit ad iu-
diciū ⁊ demones eā accusant dicit xp̄us
iustus iudex vult audire ꝑtes. videamꝰ
quid dicitis vos angeli. Qui rñdent scz
demones. Dñe ista anima fecit hoc ⁊ h̄.
Iō faciatis iusticiā. ꝓ vno peccato dam
nastis nos in ꝑpetuū ⁊ iste fecit tot pec-
cata iō ⁊c̄. Tunc xp̄us licet sciat totū tñ
ꝫm formā iudicis q̄rit a testibꝫ. Interro
gat angelū dei quid ē h̄ tu q̄d vidisti q̄d
dicl. Et angelus q̄si ꝯplangēdo ex amo
re quē habet ad nos dicit. Dñe tot anni
sunt ꝙ mihi ꝯmisistis istū verꝝ est quod
dicūt demones dedit se suꝑbie. vanitati.
et sic de alijs pctis q̄tuncūq; ego induce
rez eū ad celū noluit mihi credere. Tūc
xp̄s auditis duobꝫ testibꝫ scz conscīa et
angelo dat sentenciā dicēs. Surge tol-
le qd̄ tuū est ⁊ vade. Tūc demones reci
piūt animā. ⁊ sic ducit̄ ad infernuz. Si
autē homo fuit bene ꝯfessus ⁊ ꝓposuit ab
stinere a peccatis ⁊ fecit condignā penitē
ciam qñ venit ad iudiciū ⁊ demones euz
accusant xp̄s dicit ad bonū angelū. q̄d tu
dicis angele. Rñt angelus dicens verꝝ
est dñe ꝙ ipsa fecit hoc vt dicunt demo-
nes tñ recurrit ad medicinas ⁊ ad reme
dia vestra. Fuit enī bene ꝯfessus ⁊ cōtri
tus ⁊ fecit penitenciā ⁊ communicauit.
Iō videtur mihi ꝙ debet absolui. Tunc
xp̄us dat sentenciā ⁊ precipit angelo ⁊
mandat sibi vt collocetur in paradiso ī
tali sede vel cathedra. De hoc dicit scrip
tura. Si fuerit ꝓ eo angelus loquēs v-
nus de milibꝫ vt annūciet hominis equi-
tatem id est penitenciā ⁊ bonam vitam.
Miserebitur eius et dicet Libera eū vt
non descendat in corrupcōez. Iob. xxxiij
Remediū g̊ ⁊ consiliū bonū beati Ber
nardi est dicentis. Noli pñte sancto an-
gelo facere quod me pñte facere non au
deres q̄tumcunq; esset temptatus quis
ꝓpter verecundiā coraz vna bona ꝑsona

nollet facere peccatum vel inhonestatem aliquā quare ḡ ex pñcia angeli nō times facere. O quale testiōniū angelus faceret si amore sui homo nō peccaret oportunitate habita vt placeret ei. Dico ḡ ꝙ alius testis est Jhs iudex vniuersalis Diceret aliq̄s quō est possibile ꝙ xp̄s sil' sit iudex ⁊ testis. Si est iudex quō est testis ⁊ ecōuerso. Dico ꝙ ꝓprium est xp̄o esse sil' iudicē ⁊ testez. Nec rex nec papa p̄t esse sil' iudex ⁊ testis. ꝫ xp̄s ideo dicit Ego sum iudex ⁊ testis. dicit dn̄s Jeremie. ij. Si alij testes nō essēt iste sufficeret. Jō dicit accedā ad vos in iudicō. ⁊ ero testis velox maleficis ⁊ adulterl ⁊ ꝑ iuris ⁊ qui calumniātur mercedē mercenarij ⁊ humiliant pupillos ⁊ viduas ⁊ opprimūt peregrinos nec timuerunt me. dicit dn̄s exercituū. Mala. iij. ¶ Nota septē peccata in dicta auc̄te. De quibus erit testiōniuz xp̄i cōtra hoīes in iudicio ¶ Primū peccatū est maleficiū. om̄s qui faciūt mala opa dicūtur malefici. ꝫ simpl'r q̄ damnificāt ꝓximuz tollēdo eꝰ bona vel furando de vineis ortis seu cāpis. Quidā dicūt ꝙ recipe fructus non est peccatū. error est qꝛ ex furto fructus. humanū genus fuit exul a paradiso terrestri. ⁊ xp̄s ꝓ eo passus est. tales non hn̄t remediū nisi ꝙ satisfaciāt si volunt intrare paradisū vel petere veniā debēt ¶ Secundo ero testis velox adulteris. Dicat̄ quid est adulteriū qn̄ est publicū nisi corrigat̄ ira dei est sup̄ coitatez. ¶ Tercō ⁊ ꝑiuris. Dicat̄ quō ꝓ toto mundo saluādo homo nō deberet iurare falsuz iuramētū. ¶ Quarto qui calūniantur mercedez mercenarij. Iste mercenarius est xp̄s q̄ xxxiij. annis laborauit in vinea xp̄ianitatl Solariū quod vult est de septē diebus ebdomade. s. ꝙ vult vnā. s. dnicaz. q̄ vero non seruat dnicaz calumniat̄ mercedē etc̄. ¶ Quinto erit testis velox hijs q̄ humiliāt viduas ⁊ pupillos. Vidua ē mulier que hz virū suum ī alio mūdo. Ita anime nr̄e sunt vidue que hn̄t sponsū suum in alio mūdo. Pupilli sūt corpa. humiliantur isti pupilli qn̄ inebriātur homines in tabernis ⁊c̄. Dicat̄ cōn̄ istud vicium. ¶ Sexto ⁊ opprimūt peregrinos. q̄libet nostrū est peregrinus q̄diu viuimꝰ in hoc mūdo. Jō dauid. aduena ⁊ peregrinus ego suz. opprimit̄ peregrinꝰ in ludo taxilloꝝ ⁊c̄. ¶ Septīo nec timuerūt me. p̄cepta dn̄oꝝ temporaliū timent. ꝫ non dei. Remediuz ḡ est in omibꝰ q̄ facimus habere respectū ⁊ timorē ad deū. vt Job q̄ dicebat. Ecce in celo est testis meus ⁊ cōscius meꝰ in excelsis. Subdit ad deū stillat oculus meus sicut oculus mulieris ad virum eam respiciētez ꝑ fenestrā Ideo nō sustinet tactus philocapti ⁊c̄. Deo gracias.

De eadē dnica Sermo alius.

Ille testimonium ꝑhibebit de me. Joh. xv Pro huius verbi declaracōne ⁊ materie p̄dicande introductōe Sciendum ꝙ singularis excellencia ⁊ priuilegium est de xp̄o dn̄o sup̄ alios dominos omnes. qꝛ ipē simul est iudex ⁊ testis qd̄ non est de aliquo iudice in aliq̄ bono iudicō. Rō qꝛ testificari nihil aliud est q̄ iudicem de veritate informare. Modo aliud est informare se ⁊ aliud informari Judex eniz p̄t informari scz ab alio ꝫ ipē met nō potest se informare Jō nō potest esse iudex ⁊ testis sil. ꝫ in xp̄o ista rō non habet locū. qꝛ ipē non indiget informacōne alterius. Jō ipse informat omnes alios de veritate. Plus scit ipē de negocijs meis ⁊ tuis q̄ nos. Auc̄tas. Omnia eī nuda ⁊ apta sunt oculis eius. Ad heb. iiij. Jō necessario ipē iudex habet esse testis. Scda racō qꝛ iudicare est inter partes sentencialiter diffinire. In omi eniz

iudicō sunt reus. accusans ⁊ testis q̄ sem
p est alicuius ptis ⁊ cū iudex non posset
esse siml' iudex ⁊ pars. Igit̄ nullus iudex
p̄t esse simul iudex ⁊ testis. Sed in xp̄o
ista racō non habet locū qz ī omni bono
ope ipē est ps. Rō qz bona opa maxie
fiunt ꝓpter deū. Si vero opa mala ibi ñ
est pars qz fiunt cōtra eum. Jō dicebat
ipē qui nō est mecū aduersuz me ē. Luc.
xi. Ergo necessario ē ps Pz g̊ priuilegi
um ⁊ excellencia xp̄i qz sil' est iudex ⁊ te-
stis De hoc auc̄tas clara. Ego sū iudex
et testis dicit dn̄s Jere. xxix. Ex ista rōe
ꝓposui thema. ⁊ quilibet vr̄m potest vera
citer dicere ille scz Jhs xp̄us dn̄s ⁊ iu-
dex testimoniū ꝑhibebit de me. ptz thēa.
Et ego sum mō in materia quā volo ꝑ-
tractare moraliter. Mō videam⁹ quō
xp̄us est testis ⁊ iudex in iudicō ⁊ cōñ q̄
peccata. De hoc inueni auc̄tez que dicit
clare de quibꝫ pctis perhibebit in iudicio
testimoniū accedā ad vos ī iudicō ⁊ ero
testis velox maleficis. ⁊ adulteris. ⁊ ꝑiu
ris. ⁊ qui calūniantur mercedez mercena
rij ⁊ humiliāt viduas ⁊ pupillos ⁊ op-
primūt peregrinū nec timuerūt me dicit
dn̄s exercituū. Mal'. iij. Hic noiat sep-
tē condicōes peccatoꝝ que si vitent̄ ha
bebit̄ in iudicō iudicē ⁊ testē xp̄m ꝑ vo
bis alias erit cōtra vos. ⁊ poteritis dice
re thema Ille testīoniuz ꝑhibebit de me
Prīo dicit accedā ad vos in iudicō tan
q̄ iudex ⁊ ero testis velox maleficis. qui
libet peccator faciēs mala opera p̄t dici
maleficus generalr. Sed ꝓprio ⁊ stricto
mō malefici sūt qui nō soluz nocēt sibijp
sis ꝫ toti coītati. sicut sunt diuini. sortile
gi. ꝯiuratores ⁊ pocionatores siue intox
icatores qui si sustinent̄ in aliq̄ loco tota
illa patria destruet̄. exquo est notorium.
qz ꝓcessionaliter gētes recurrūt ad eos
et si sustinetur ira dei est sup illam ciuita
tez siue cōmunitatē. Secus de secretis
quos deus secrete damnabit ⁊ terra erit
sine periculo exquo peccatū est secretum
non cadit in iudicō hominū ꝫ in iudicō dī
Dauid. Judica illos. Itez da illis ꝫm
opera eoꝝ. dicūt id quod volūt ⁊ nesci-
unt qz tenebrosi sūt ꝫ diffamant aliquē
et ostendūt ī speculo vel in amphora ⁊c̄
figuras ⁊c̄ ⁊ sequitur diuisio inter vos
ꝓpter hoc non est petenda sanitas ab eis
Si tu haberes inimicū capitalem in hac
villa recurreres ad eum in tuis necessita
tibus clarum est ꝙ non. Ita est de diui-
nis qui cuz dyabolo inimico capitali no
stro habent sua consilia. Ad dn̄m Jhm
xp̄m recurratis in vestris necessitatibus.
quia ipē potest dare sanitatem filijs ⁊c̄.
Precepit de⁹ antiq̄tus dicēs. Vir siue
mulier in quibus phitanicus siue diuina
cōnis fuerit sp̄us morte moriatur. Do-
mine et qua morte an suspensionis deca-
pitacōnis vel conbustionis. Responsio
ꝙ non sed lapidibus obruent eos. sang-
uis eorum sit sup eos. Leuiti. xx. Quia
qui moritur suspensus vel decapitat⁹ ⁊c̄
nisi ab vno potest interfici. Sed qz di-
uinus nocet toti populo. vult deus ꝙ a
toto populo occidatur. Ecce quare dicit
Accedam ad vos vsq̄ maleficis. ¶ Se
cundo dicit Accedam ad vos ⁊c̄. Ista
clausula debet addi cuilibet peccato. acce-
dam ad vos ⁊ ero testis velox adulter̄
Qui in matrimonio sunt actū matrimo
nialem facere possunt sine peccato ⁊ eciā
qn̄q̄ cum peccato ⁊ mortali ⁊ veniali et
quādoq̄ eciam cum merito. Sed quan
do vir cognoscit de aliqua alia muliere. l'
econtra. hoc peccatum dicitur adulteriuz
Istud peccatum est multum abhomina-
bile maxime quādo est notorium qz eci-
am nocet toti cōmunitati. Secus si sit se
cretum. Dicatur hystoria de corinthijs.
quos Paulus conuerterat ad fidem et
p⁹ aliq̄s dies ira dī fuit sup eos. qz habe
bant siccitates mortalitates. hec dicitur
ira dei qui nescierūt causaz quare ⁊ scrip

serunt apl'o paulo eorum necessitatem. Aplus autē ꝑ literam respondit eis dicens. Nescitis qꝛ modicum fermentum totam massam corrumpit. et sequitur. auferte malū ex vobis ipsis. pr̄ia ad Cori. v. Patet clare ꝙ sustinere adulteriū notorium est destructō cōmunitatis. Ideo vos rectores qui portatis onus debetis ꝓuidere ⁊ facere ordinacōem statim cū preconisacōne publica ⁊ certis penis. ꝙ nulla putana siue meretrix notoria possꝫ esse nisi in bordello siue lupanari. ⁊ corrigantur omnia ista peccata. Primo de meretricibꝫ in hospicijs. lupanaria possūt sustineri vt dicit Augustinus in libro de ordine ad vitandū maiora peccata. Sꝫ lupanaria ꝑticularia que sunt in laqueū non sunt sustinenda. quia morbꝫ contagiosus est. Quādo vxor vestra vel filia videt meretricem cū homine garrulare q̄d cogitabit cito erit putana. vel quādoqꝫ fieri possit putana. Ideo ad partem i remedium malorum ⁊ non in laquem lupanaria erunt collocata ne vxorati ⁊ clerici ⁊ religiosi venientes ad hospicium incidant in laqueum. Cogitate quale peccatum est qꝛ xp̄us dedit vitam suā ⁊ sāguinem vt saluaret animas. Et vos ponitis ibi laqueum vt damnentur. ¶ Secundo corrigatur peccatuꝫ clericoruꝫ de concubinis ⁊c̄ nisi hoc peccatum corrigatur dicit dominus. Accedaꝫ ad vos ⁊c̄ vsqꝫ adulteris. ¶ Tercō dicit accedam etc̄. vsqꝫ ꝑiuris. De isto peccato deus reputat se valde grauatuꝫ quādo notorie fit. Secus qñ secrete. quia tunc non est periculū cōmunitati. Sed quādo notorie iurant renegāt ⁊ xp̄m despiciūt. dicendo verba cōtra xp̄m ⁊ virginem Mariā et sanctos. creditis ꝙ deus surdus sit ⁊ mutus ⁊ cecus. Mirum est ꝙ non mittit plagas ad destruendū nos quia talia sustinemus. Si de domino vel rege dicerentur mala statim puniretur. Et de xp̄o sine correctōne. Heu omnes possunt dicere. ymmo inter scutiferos aliqui ꝓuocātur vt iurent. ⁊ blasphement deum et virginem beatam Mariam ⁊ omnes sāctos ⁊ tunc rident. Et ex peccato isto venerūt siccitates sterilitates ⁊ mortalitates ⁊ ira dei sup terram ⁊ sup habitatores terre. ¶ Sed diceret aliquis. quare sup me quia ego nō iuro ⁊c̄. Responsio licet non iuremus omnes quia tamen sustinemus omnes habemus peccatum. qꝛ quādo aliquis iurat ⁊c̄. omnes debemꝰ insurgere contra eum. Oribaldus interficiatur ⁊c̄. Acsi lupus intraret villam ad deuorandum pueros. nonne omnes clamarent ad lupum. ⁊ nullus curat de blasphemia contra deum. ymmo ponūt in trufis quando est aliquis magnus iurator scienter prouocant eum ad iram. vt iuret vt ipsi possunt ridere de iuramētis illius. Ideo deus de rectoribus conq̄rendo qui hoc peccatum deberent corrigere dic̄. Dominatores populi mei inique agunt contra me dicit dominus ⁊ iugiter tota die nomen meum blasphematur. ꝓpter hoc sciet populus nomen meum i die illa qu a ego qui loquor supple precipiēdo Ecce assum sic puniendo Isay. lij. ¶ Quarto dicit accedam ad vos ⁊c̄. vsqꝫ qui calumniantur mercedem mercenarij seruitoribus ⁊ ancillis. Et scutiferis qñ conpleto tempore seruicij petunt solarium domini calumniantur ⁊ faciunt placitare ⁊c̄. De isto peccato multum grauatur deus omp̄s intantum ꝙ precepit per Thobiam dicens. Quicumqꝫ tibi aliquid operatus fuerit statim mercedem eius ei restitue ⁊ merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Thobie quarto. ¶ Quinto dicit. Accedam ad vos ⁊c̄. vsqꝫ hijs qui humiliant viduas ⁊ pupillos. Iam quando mulier vel vxor aliqua ꝑdit suum bonum virū remanet vidua ⁊ filij qñ ꝑdunt patrem

remanent orphani. tunc omnes debe-
rent iuuare. Sed modo fit totū oppositū. dicūt modo non hñt defensionem ⁊ cū tali lr̄a q̄ꝫ habeo potero hr̄e cāpū. vineā domū ⁊c̄ ⁊ pater faceret sibi de debito ⁊ non curauit de lr̄a cōfidēs de sua amicicia ⁊c̄. Sed licet ꝑdiderūt viruꝫ ⁊ carnalē pr̄em. nō perdunt patrē nec defensorē qꝛ deꝰ pater orphanoꝝ ⁊ si iudex viduaꝝ defendit eos. qui dicit videte ⁊ pupillo nō nocebitis si leseritis eos vociferabūt ad me ⁊ ego audiā clamorem eoꝝ ⁊ indignabit̄ furor meꝰ ꝑcūtiāq̄ vos gladio ⁊ erunt vxores vestre vidue ⁊ filij vestri pupilli Exo. xxij. Jō caueatis ab isto pctō. Jō dicit accedā ad vos ⁊c̄ ¶ Sexto dr̄ accedā ad vos vsq̄ hic. q̄ opprimūt peregrinū. peregrinꝰ dicit̄ viator q̄ portat modicū ꝓuisionis Ita in hoc mūdo peregrini dicūt̄ pauperes. quoꝝ quilibet p̄t dicere aduena et ꝑegrinus sum apud te. Cōtra illos qui pauꝑes istos opprimūt. deus erit iudex et testis maxime cōtra vsurarios. qui nihil sciūt facere nisi cū vsuris. si hñt mutuare pauꝑibꝫ statī cū vsura mutuant. Si vendunt plꝰ q̄ꝫ ē p̄ciū cōdignū recipiūt ꝓpter dilationē solutōis Si emūt minꝰ dant ꝓpter hoc qꝛ dāt pecuniā ꝓmptaꝫ Dicat̄ cōtra illos qui faciūt vsuram de pānis vendendo plꝰ. deinde ille q̄ emit statim vendit pannū minꝰ. dicat̄ q̄ peccatū esset vendere qd̄ non ē suū. Ita tu vendis necessitatē alterius. Itē faciunt aliā crudelitatē cōtra pauꝑes. qꝛ emūt frumentū contra pauꝑes ⁊ abscondunt sperantes ip̄m vendere ad pondus argēti. vultis cognoscere qd̄ pctm̄ ē. dicit scriptura. Qui abscondit frumēta maledicetur in pupillis benedictio aūt sup caput vendentiū Prouer. xi. ¶ Septimo āt accedā ⁊c̄ vsq̄ his q̄ non timuerūt me dicit dñs. Modo audite defectū q̄ mō est in toto mūdo. qꝛ gentes hñt verecūdiam ⁊ timorē. gentibꝫ ⁊ non timēt deum. seruant p̄cepta ⁊ ordinatōnes dñorū tꝑaliū timore pene scꝫ quinq̄ solidorū et non timent frangere precepta ⁊ ordinationes dei quas precepit seruare nō sub pena quinq̄ solidorum. sed perdendi omnia membra ⁊ corpus ⁊ animam in damnationem eternam. ⁊ tamen nullus timet. Ideo dicit christus. Nolite timere eos qui occidunt corpus. animaꝫ autēꝫ non possunt occidere. Sed potius timete eum qui potest animā ⁊ corpus perdere in gehennam Math̄ x. ⁊c̄

Infra octa. Ascēsionis Sermo alius.

Absumptus ē in celum sedet a dextris dei Marci vltimo. Verbum ꝓpositum ꝓ fundamento sermonis declarat excellentiam ⁊ altitudinem christi q̄liter inq̄ꝫtum homo fuit receptus ⁊ collocatus in celo dicens. Assumptus est in celum sedet a dextris dei. Istud verbum habet magnā difficultatem ī theologia qualiter christus dicitur sedere ad dexteram dei inq̄ꝫtum homo. Pro cuiꝰ declaratione ⁊ materie p̄dicande introductione sciendū q̄ in substantijs spiritualibus non reperiuntur partes dextre vel sinistre, ꝓprie loquendo dicit enī sanctus Thomas ⁊ ꝓbat p̄ma parte questione quinquagesima q̄ angeli sunt incorporei questione q̄nquagesima articulo primo. quia non sunt diuisibiles ꝑ partes. indiuisibiles enī sunt. Ideo in eis non inuenit̄ differentia partis dextre vl̄ sinistre. Sed quicquid est in eis totum potest dici dextra. qꝛ ꝑs sinistra dr̄ minoris fortitudinis ⁊ virtutis. sed in angelis totū ē forte. ⁊ nihil debile. Sꝫ dr̄a partis dextre ⁊ sinistre. proprie solum inuenitur in creaturis corꝑalibꝫ ⁊ sensiti-

uis vt in hominibus ⁊ animalibus. quia arbores vel lapides. non dicunt habere ptes dexterā ⁊ sinistrā. qz equaliter habent fortitudinē in qualibet pte. homines vero ⁊ iumenta hñt maiorē fortitudinē et virtutē in dextera q̄z in sinistra. Jō dicit Salomon leua ei⁹ sub capite meo et dextera illi⁹ amplexabitur me tanq̄z res fortis ⁊ firma Canti. ij. ergo dicat thema Assumptus est in celū ⁊ sedet a dextris dei. Et etiā est articul⁹ fidei q̄ dicit ascendit ad celos. sedet ad dexteram dei ptis. Si dicas cum pater in sua essentia ⁊ diuinitate. sit sība spūalis ⁊ indiuisibilis quō repiet ps dextera. cū in eo non sit sinistra. qz in eo nihil debile. sed tot⁹ fortis ⁊ omps. Rñdeo q̄ i deo. dextera sumit similitudinarie ⁊ figurative. verbi gra. Sicut q̄n ad aliquē magnum dñm veniūt magne psone ⁊ notabiles. Jste dñs cā honoris ad dexterā suā facit stare honorabiliter psonā. Jta legit de infe salomonis. iij. Reg. ij. posit⁹ ē thronus matris regis q̄ sedit a dextris ei⁹. Et p⁹ regē erat psona excellentior. Jta q̄ sedere ad dexterā p̄cat habere excellentiā honorē seu dignitatē sup oēs alios. Et qz xp̄s est in excellentiori gl'ia. honore et dignitate in padiso sup oēs creaturas Jō dr sedere a dextris dei. Cū ergo dicit thema. Assumpt⁹ ē in celū ⁊ sedet a dextris dei sensus est in maiori excellētia honore ⁊ dignitate existit ⁊ est maior oib⁹ creaturis. sup hoc q̄ dr i themate Sedet a dextris dei fundabo materiā meā. qa articulus fidei. dicit in singulari. Sedet ad dexterā dei. per oppositū thema dicit in plurali sedet a dextris dei. Rñdeo q̄ ad dexterā dei sedere in singulari. notat sūmā excellentiā. de quo loquit articulus fidei. sed qz ista sūma excellentia triplicat in xp̄o scz

¶ Maiestas impialis.
¶ Dignitas pontificalis.
¶ Auctoritas iudicialis.

Ex his trib⁹ excellentijs dicit thema. Assumptus est in celū ⁊ sedet ad dexteras dei ¶ Prima ergo excellentia ex q̄ xp̄s dicitur sedere a dextris dei est maiestas impialis. Impator ē enī maior omnī⁹ tpalis hui⁹ mōdi. qz ē sup oēs reges ⁊ pncipes ⁊ dños Jstā habuit xp̄s in sua ascēsiōe. qz oēs creature tam spūales q̄z corpales sūt sub eo. De hoc ap'lus dicit. Cōstituens ad dexterā suā in celestib⁹ sup̄ omnē pncipatū ⁊ ptātē ⁊ virtutē ⁊ dñationē. oia subiecit sub pedib⁹ eius ad Eplx. j. De ista xp̄i impiali maiestate dixit dauid i ps bñdic. j. Dñs in celo pauit sedē suā. ⁊ regnū ip̄i⁹ oīb⁹ dñabit. Nota pauit scz in terra hūanitate sua. ⁊ q̄lit pauit. dico q̄ p virtutē humilitatis. voluit ei hūiliari infra oēs creaturas. ō meruit exaltari sup oēs creaturas fm legē ⁊ regulā d. Dīs q̄ se humiliat exalta. Luc. xviij. Creature sūt in triplici gradu. vel qz sūt in celo. vt angeli vel in terra vt homines vel in corde terre vt demones. sub oīb⁹ istis xp̄s voluit hūiliari. Jn celo enī sūt .ix. ordines angelor.

¶ Prim⁹ ordo est altior scz seraphin vbi sūt plures angeli q̄z vīes i mundo
¶ Secudus cherubin
¶ Tercius thronorum.
¶ Quartus dominationū.
¶ Quintus virtutum
¶ Sextus potestatuum.
¶ Septimus principatuū.
¶ Octauus archangelorum.
¶ Nonus angelorum.

Christus autem in die incarnatōnis sue humiliauit se sub omnib⁹ angelis. descēdens de cathedra eternitatis sue ⁊ non assumpsit naturam angelorum. sed venit in hunc mundum. vt radius solis q̄ non recedit a sole ⁊ assumpsit naturam humanam. Et radius solis calorem

vitree ꝛc̄. Ideo ait dauid. Minuisti eū
paulominꝰ ab angelis. qꝛ fuit passibilis
ꝑm hūanitatē. ꝛ angeli sunt impassibiles
Scdo voluit hūiliari sub hoībꝫ. s. in sua
vita ꝛ cōuersacōe. qꝛ vixit ita pauper ꝙ
nunq̄ aliq̄s hō fuit ita paup. Prio ī na
tiuitate qꝛ non in domo sed in porticu.
in via publica nasci voluit. non in lecto ꝫ
in p̄sepio reclinatꝰ. Itē nunq̄ voluit ha
bere domū nisi camerā. non cellā ꝓpriaꝫ
sed inuitabat̄ ad dormiendū ꝛc̄. Itez in
fine vite sue voluit humiliari qꝛ sagiōibꝫ
ꝛ ribaldis ꝛ latronibꝫ fit ꝓcessꝰ añq̄ sē
tencient̄. sed nō sic ē factū de xp̄o qꝛ iudi
catus fuit sine ꝓcessu. Iō dauid in ꝑso
na sua dixit. Ego aūt sum vermis ꝛ nō
homo ob ꝓbriū hoīm ꝛ abiectio plebis.
p̄s. xxi. Licet esset homo tñ nō tractabat̄
vt homo sed vt vermis despectus calca
tur. Ita xp̄s in sua passione. Tercio vo
luit hūiliari sub demonibꝫ qꝛ ꝑmisit se tē
ptari a dyabolo q̄ temptauit eū de pctō
gule. scdo de pctō vane glie. tercio d̄ pec
cato auaricie sed dyabolus fuit victꝰ fi
at ergo rō si ꝑm legē diuinā. Oīs qui se
humiliat exaltabit̄ ꝛ q̄to plus se humi
liat tanto magis exaltat̄ ꝛ qꝛ xp̄s fuit tā
tū humiliatus vt dictū est. Ideo ꝑauit
in celo sedem suā. scꝫ ꝑ humilitatē. Au
ctoritas Humiliauit semetip̄m factus o
bediens ꝛc̄ vsq̄ dei patris ad Phil. ij.
Moraliter hic nota ꝑ talem ꝯñam Si
dñs ihs xp̄s ut ꝯsequeret̄ tātā glīaꝫ vo
luit in hoc mundo tantū hūiliari. quanto
magis nos q̄ respectu sue maistatis non
sumus nisi vermes putridi. Si cupimꝰ
habere cathedrā in ꝑadiso. debemꝰ nos
hūiliare ꝛ obedire xp̄iani p̄latis. filij pa
rentibꝫ. discipuli magistris. iuuenes seni
bus. vxores viris suis. nō cōtra deū. so
cius socio. ꝛ sic de alijs. Nota exempluꝫ
de euāgelio xp̄s semel venit in quadam
domo fessus exitinere. ꝛ sedebat. apli āt
fecerūt sibi questionē dicētes. Quis pu
tas maior est in regno celoꝝ Mathei.
xviij. Quia nos nō scimꝰ eā determina
re. ꝛ xp̄s bene placet mihi. ꝙ de istis di
sputatis. ꝛ volēs eis clare determīare q̄
stionē vocauit vnū pueꝝ qui erat ibi d̄r
ꝙ fuit sanctꝰ marcialis ꝛ statuit eū ī me
dio eoꝝ ꝛ dixit. Quicūq̄ humiliauerit
se sicut paruulus iste. hic maior est in re
gno celoꝝ Math. xviij. Maioritatem
glie deus statuit in illo ꝙ quilibet p̄t hr̄e
Si aūt cōstituisset in dominio dicendo.
Quicūq̄ erit maior dñs in hoc mundo
erit maior in ꝑadiso q̄d fecissent paupe
res. Idē de maioritate ī scīa q̄d fecissēt
simplices ꝛ ignorātes. Idē de maiori
tate in fortitudine q̄d dixissent debiles.
Sed istis dimissis maioritatem glorie
constituit in hoc scꝫ ꝙ quilibet p̄t habe
re scꝫ in humilitate que maxime in corde
cōsistit. humiliemꝰ nos ꝛ dimittamus ī
flacōnes cordis ꝛ diuitias. remittendo ī
iurias inimicis. apl'us Petrus. Oēs in
uicem humilitatē insinuate qꝛ dñs super
bis resistit humilibus autem dat gratiā
p̄ma Petri q̄nto ¶ Secūda xp̄i excellē
tia q̄ dicit̄ sedere est dignitas pontifica
lis. Iam scitis ꝙ inter om̄es p̄latos ec
clesie papa est maior. Istam dignitateꝫ
habet xp̄s. De hoc dauid p̄s. cxc. Dixit
dñs dño meo sede a dext. me. Subdit̄
pro qua causa tu es sacerdos in eternum
ꝑm ordinem melchisedech. Nullus pa
pa habet dignitatem papalem nisi ad vi
tam xp̄s autē in eternum. Nota ꝑm or
dinem melchisedech. Non ꝑm ordineꝫ
aaron. qui offerebat animalia. Sed ꝑm
ordinem melchisedech qui in lege natu
re. erat simul rex ꝛ sacerdos valde deuo
tus. qui obtulit panem ꝛ vinum in sacri
ficio vt legitur Genesis decimoquarto
Nota hystoriam de abraham. qui cum
ccc. ꝛ xviij. scutiferis vicit quatuor reges
propter ꝙ melchisedech obtulit panem
et vinum. exquo intellexit Abraham

q̄ xp̄s messias debuit instituere sacrifici-
um in materia panis ⁊ vini. ⁊ flexit ge-
nua. ⁊ melchisedech benedixit. ⁊ dixit ⁊
ait. Benedict⁹ abraham deo altissimo q̄
creauit celū ⁊ terrā. Nota q̄ sacrificiuz
melchisedech figurabat sacrificium qd̄
xp̄s instituit. ⁊ melchisedech nō obtulit
sacrificiū quousq̄ abrahā habuit victo-
riam de istis q̄tuor regib⁹. Innuitur hic
moralit̄ q̄ licet oēs tenemur cōicare in
pascha tñ oz nos p̄mo habere victoriā
de q̄tuor regib⁹ scz de q̄tuor passionib⁹
ex q̄b⁹ veniūt oīa pctā q̄ facim⁹. Pri-
mus rex ē amor inordinatus q̄ bellat et
multos vicit ⁊ captiuat. Sz vincit̄ a no
bis qñ ꝓ nulla re mundi. homo facit cō-
tra deū. verbi gr̄a. parentes diligunt fi-
lios. auisetis vos q̄ ex isto amore inor-
dinato nō faciatis aliq̄d cōtra deū. eun-
do ad demones vt sanent̄ vel faciendo
vsuras vt ditēt̄ ⁊c̄. Itē filij diligūt pa-
rentes. vir vxorem ecōuerso attendatis
ne ꝓpter hoc faciatis cōtra deū. Et si di-
ligitis diuitias honores dignitates. attē
datis ne ꝓpter hoc faciatis cōtra deū. Se
cundus rex ē timor inordinatus de ami-
cis. verbi gr̄a si aliq̄s amic⁹ vel cōsang-
uineus vester ꝓ aliquo crimine sit capt⁹
et vos estis vocatus ꝑ iudicē sub iura-
mento ut testis. ⁊ vos scitis veritatem
et vos timore punitionis ei⁹ iuratis fal
se vict⁹ estis ⁊ captiuus dyaboli. Si di
citis veritatē estis victor qz nemo timo
re debet iurare false plus debetis timere
deū quā aliq̄d aliud. Idē de illis q̄ tīo-
re gentiū obloquētiū nolūt ꝑcere inimi-
cis cū dñs p̄cipiat oppositū. Terci⁹ rex
est placētia corꝑalis scz cōmedēdi bibē
di ⁊ dormiendi. caueatis ne ex his facia-
tis cōtra deū. sed sitis victores. Quar-
tus rex ē tristicia aliqui tristant̄ de amis-
sione amicoꝝ vel pueroꝝ innocētiū. de
q̄b⁹ est gaudēdū quādo moriunt̄ qz ta-
les via recta vadunt ad ꝑadisum. aliqui
tristant̄ de amissione bonoꝝ ⁊c̄. talis tri
sticia multos ⁊ multas captiuat in car-
cerem inferni. Iste rex vincitur ꝑ bonā
patiētiā. post victoriā habitā de istis q̄-
tuor regibus potestis cōicare ⁊ melchi-
sedech id ē sacerdos dei altissimi offeret
vobis panē ⁊ vinū id ē corp⁹ xp̄i q̄ est
panis angeloꝝ. Iō apl's dicit. Probet
aūt seip̄m homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊
de calice bibat p̄ma ad Corin. xi. Tercia
xp̄i excellentia qua sedet a dextris dei ē
auc̄tas iudicialis. Iam scitis q̄ in iudi-
cio sedet iudex eminenter inter ꝑtes. in
xp̄s in die iudicij sedebit in throno ad iu
dicandū de hoc Iohēs Apoca. xx. Vidi
thronū magnū candidū ⁊ sedentē super
eū. a cui⁹ cōspectu fugit terra ⁊ celum ⁊
loc⁹ nō est inuentus ab eis. ⁊ vidi mor-
tuos magnos ⁊ pusillos stātes in con-
spectu throni ⁊ libri aperti sūt ⁊ iudicati
sunt mortui ex his que scripta erāt in li-
bris ꝟm opa ip̄oꝝ. Nota q̄tuor q̄ dicit
Primo ibi vidi thronū vsq̄ sup̄ eū. qz
dñs ih̄s xp̄s in die iudicij sedens in ca-
thedra. iudicabit dās vnicuiq̄ ꝟm opera
sua pctōrib⁹ impenitentib⁹ dabit dam-
nationē. bonis aūt dabit saluatōem eter
nā. auc̄tas. Filius hoīs venturus est in
gloria patris sui cū angelis suis ⁊ reddz
vnicuiq̄ ꝟm opa ei⁹ Math. xvi. Secū
do ibi cū dicit a cui⁹ cōspectu fugit terra
vsq̄ ab eis. Ecce mūdi conflagratio. q̄a
cōis scīa est oīm doctoꝝ. q̄ ante diē iu-
dicij erit cōflagratio. ⁊ tūc terra ⁊ celum
fugiēt q̄ntū ad q̄litates q̄s mō hñt. Vñ
ait dñs. Celū ⁊ terra transibūt Luc. xxi.
Tercio vidi mortuos vsq̄ throni. Ecce
mortuoꝝ resurrectio. post cōflagrationē
ille qui de nihilo cūcta creauit mortuos
suscitabit. ⁊ veniēt audire sn̄iam saluatō
nis vel damnatōis. Cogitate in ista die
quātus timor ⁊ metus erit in omibus.
Ideo orando dicebat beatus Gregori
us. Presta quesumus omp̄s deus vt

vnigeitū tuū quē redemptorē nr̄m leti suscipim⁹. venientem quoq; iudicē secuti videam⁹. Quarto ⁊ libri aperti sunt. Ecce meritoꝝ retributio. dicunt doctores gloriosi ⁊ postille ꝙ isti libri sunt cōsciētie qui modo sūt libri clausi q: null⁹ p̄t ibi legere nisi tumet ⁊ de⁹. ibi eni scribunt̄ oīa bona ⁊ mala que facim⁹ ⁊ i iudicio aperient̄ ita ꝙ virtute diuina quilibet poterit ibi legere boni laudabūt dicetur o q̄ bon⁹ ille fuit licet supius iret optime indut⁹ tñ ad intra portabat cilicū ⁊ sic de alijs. Mali aūt vitupant̄ dicendo p̄mo de religiosis. o de falsarijs videbat̄ deuotus ⁊ ecce totū erat ypocrisia ⁊ sic de alijs. O q̄ta mala abscondita repiunt̄. Jō apl's. Nolite añ tp̄us iudicare quousq; veniat dñs q̄ illumīabit abscōd ta tenebraꝝ ⁊ maīfestabit ꝯsilia cordiū. ⁊ tūc laus erit vnicuiq;. s. bono ⁊ vituperiū vnicuiq; malo p̄ma Corinth. iiij. Ecce qualiter xp̄s habet auctoritatē iudicalē. de hoc dauid parauit in iudicio tronū suū ⁊ ip̄e iudicabit orbē terre in equitate. iudicabit pp̄los in iusticia p̄s. ix. Nota parauit scz qñ fuit iudicat⁹ Job xxxvi. Causa tua quasi impij iudicata est causam iudiciūq; recipies. ptz ergo quare d̄r assumptus est in celū ⁊ sedet a dextris dei. ⁊c̄

Infra octa. Ascēsionis Sermo alius.

Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit Mar. vlti. Quia multi sumūt occasionem male viuendi ex verbo ꝓposito. ip̄m male intelligendo. Ideo ad corrigendū vitam. ⁊ peccata mala. volo ip̄m nunc declarare. Sed p̄mo salutetur virgo maria. Hoc verbum est de vltimis que xp̄us dixit in hoc mundo. in die ascēsionis. qñ debuit in die ascensionis de h̄ mundo recedere dixit. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ ⁊c̄. Dicunt ergo illi qui non intelligunt hoc verbum. Certum est ꝙ xp̄us ponit saluationē in duob⁹ scz i credentia ⁊ in baptismo. Cum dixerit qui crediderit ⁊c̄. Quare ergo vos fratres et sacerdotes tātū restringitis dicentes ꝙ oportet facere pn̄iam. conteri. confiteri. restituere. remittere. audire missas. sermones. orare ⁊ hmōi. q̄re vos tot imponitis. cū xp̄s fecerit viā ꝑadisi leuē cum det intelligere ꝙ sufficit ad salutē ꝙ hō habeat fidē in corde ⁊ sit baptisat⁹ ⁊ sic dant se pctis ⁊ male vite dicēdo exquo ego habeo fidē. ⁊ sum baptizat⁹ sufficit saluus ero. q: xp̄s bñ sciebat q̄d ē nec̄m ad saluatōem. Ecce quō male intelligūt verbū Qui crediderit ⁊c̄. Jō ꝓ declaratione sciēdū ꝙ ista duo verba crediderit et baptizat⁹ fuerit. sūt futuri tp̄is cōiunctim ⁊ hñt duo tp̄a scz p̄teriti tp̄is ⁊ futuri. Si aūt cū d̄r q̄ crediderit ⁊ baptizatus fuerit intelligat̄ de tp̄e p̄terito soluz hoc ē falsū ⁊ etiā error q: tūc oporteret cōcedere ꝙ iudas esset salu⁹ q: credidit et ꝑ xp̄m baptizatus fuit cū alijs apl'is Tunc posito ꝙ aliq̄s xp̄ian⁹ habuerit fidē catholicā in corde ⁊ baptizat⁹ fuerit Sed post inter agarenos abnegat fidez et morit̄. nōne talis damnat̄. imo ⁊ cui dubiū Nō ergo intelligit̄ de p̄terito sed de futuro tp̄e. q̄ crediderit hoc est i hora mortis fidē catholicā ⁊ i corde habuerit et baptizat⁹. i. in hora mortis mūdiciam baptismalē habuerit salu⁹ erit. Quid eī est eē baptizatū nisi a pctis eē mūdatuz Qui ergo i hora mortis inuenit̄ in credētia diuinali ⁊ mundicia baptismali. salu⁹ erit. Nō eni sufficit redisse ⁊ baptizatuz fuisse. Om̄es nos xp̄iani iā sum⁹ ꝑ baptismū mūdati. sed nūc nō sum⁹ oēs mūdi. Nota ad hoc sil'itud nē de rege q̄ i sua ciuitate p̄conizauit dicēs. q̄cūq; mihi fidelis fuerit mecum prandebit. Et fuit

quidā rusticus regi fidelis q̄ audita p̄co/
nizatōem bono mane manus lauit. De
inde ad granū seu oztū ⁊ vsq; ad hozam
p̄andū reuoluit hinc ⁊ inde stercus. ho/
ra aūt prādij qñ audiuit trompetas ip̄e
cito venit ad prādiū. Sed qñ rex vidit
manus suas imundas fecit eum punire
siue fecit eū suspendi. Ita in ꝓposito rex
noster dñs nr̄ ihs xp̄s inuitauit nos om
nes ad nuptias padisi vi. Qui credide/
rit ⁊c̄ ⁊ mane lauamus nos scz cū sim⁹
pueri in baptismo sed post reuoluendo
stercus pcōz fozdidamur in manib⁹ tā
gendo ⁊c̄ in oculis respiciēdo. in oze lo/
quendo. ⁊ in gula finaliter in toto cozpe
Jō oportet itez abluere nō p̄ baptismū
qz nisi semel hz efficaciā Jō oportet vt
p̄ pniam mundemur. Jō xp̄s Peniten
tiā agite a ꝓpinquabit ⁊c̄. Ecce quō sunt
decepti qui dicūt be. Qui crediderit ⁊c̄
Ideo dicit scriptura Eccle. xxxiij. Qui
baptizaī a mozto id est a peccato mor
tali. Et iterū tangit mozuū q̄d ꝓdest la
uatio eius Eccle. xxxiij. Nota q̄d ꝓdest
lauatio eius q̄si dicat nihil. Intellectus
verus ē iste. Qui crediderit scz in fine. i
hora mortis ⁊ baptizatus fuerit. Idem
de futuro scz in fine saluus erit. ps thema
Et sic sum in materia p̄dicanda. Mo/
do sup̄ isto verbo ad Hebre. vi. Bapti
zatū doctrine supple sūt. tangūt glose. v.
baptismata ad saluatōnē hoim. Prim⁹
est de aqua baptismali. Secūd⁹ de gr̄a
spūali. Tercius de sanguine materiali.
Quart⁹ de miscōia pniali. Quint⁹ de
igne purgatoriali. Et de quolibet istoz
p̄t dici thema. Qui crediderit ⁊ baptiza
tus fuerit scz aliquo istoz modoz siue
baptizat⁹ salu⁹ erit. Dico q̄ ꝑm⁹ bap/
tism⁹ ē aqua sacramentalis iste aūt ē pri
mus ⁊ p̄ncipalioz ⁊ cōmunioz aliis et
p̄mū ecclie sacramentū. Isto mūdantur
nō solū pueri a pcō oziginali sed etiā iu/
dei adulti ⁊ alij infideles ab oīb⁹ peccatl
et culpa ⁊ pēna etiā si haberēt oīa pcā
mundi. De isto baptismo dicit articul⁹
fidei. Cōfiteoz vnū baptima in remissio
nē pcōz. Si aūt dicaī vos frater dici/
tis q̄ sunt q̄nq; baptismata articul⁹ fidei
nō ponit nisi vnū dicēs. Confiteoz vnū
baptisma ⁊c̄. Rñdeo q̄ articul⁹ fidei so
lū loquiī de baptismo aque q̄ ōr eē vn⁹
triplici rōne. scz ꝓpter vnitatez materie.
ꝓpter vnitatē forme. ⁊ ꝓpter vnitatē vi/
sus. De p̄mo vnitas materie hui⁹ ē aq̄
materialis qz cū aqua artificiali vt rosa/
cea nō posset dari baptismus oportet q̄
detur cum aqua naturali siue sit de fonte
flumīe puteo vel maris hoc oñdit xp̄s i
suo baptismo q̄ nō cū aqua artificiali. sed
naturali baptizari voluit. Auctas Gal/
uatoz nr̄ aquis iozdanis baptizari volu
it vt tactu sue mundissime carnis vim re
generatiuam cōferret oīb⁹ aquis supple
naturalib⁹ que nō est nisi vna specie. De
cūdo ōr vnū ꝓpter vnitatē forme q̄ est
ista. Ego te baptizo in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊
spūssancti ibi nō mutando addendo vel
diminuendo Auisenī hic clerici ⁊ etiā
vetule q̄ aliq̄n baptizant ꝓpter ꝑiculuz
et alique nescientes formā dicūt. Ego
te baptizo in noie scē trinitatis ⁊c̄ No/
ta de vetula que dixit se baptizasse illuz
magistrū in thzologia hāc formā oñdit
xp̄s q̄n debuit celū ascendere dicēs Eū
tes docete gentes baptizātes in nomie
p̄ris ⁊ filij ⁊ spūssancti Mathē. xxviij.
Tercio ōr vnū ꝓpter vsū siue practicam
quā seruam⁹ qz nō vaī nisi semel eo q̄
rep̄sentat passionē xp̄i ⁊ mortē. q̄ soluz
semel fuit mortu⁹. hāc rōnem tāgit apo
stol⁹ dicēs. xp̄s resurgens ex mortuis.
iam nō moriī mors illi vltra nō oñabiī
q̄ enī mortu⁹ est pcō mortu⁹ est sel q̄
aūt viuit viuit a deo ad Roma. vi. Et
ce ōre dicit articul⁹ fidei. Cōfiteoz vnū
baptisma i remissionē pcōz. Jō Actuū
scdo legiī. q̄ cum petr⁹ p̄dicasset iudei

compuncti dixerunt apostolis. Quid fa
ciemus viri fratres. Respondit petr⁹ di
cens. Penitenciã agite ⁊ baptizet vn⁹
quisq; vestrũ in noie ihesu xpi in remissio
nem peccatoꝝ.i.in fide ihesu xpi. de isto
baptismo dicit thema q̃ crediderit scz in
hora mortis ⁊ baptisat⁹ fuerit saluus erit
¶ Sc̃us baptismus est de gracia spũali
quãdo infidelis cupit baptizari ⁊ nõ ha
bet oportunitatem.nec ipsemet potest se
baptiare oportet enĩ ab alio baptizari si
ue recipere baptismũ. Quia sicut nullus
posset seipsum generare nec etiã baptiza
re cuz sit alia generacio ⁊ moriẽ cum tali
desiderio Dico q̃ baptizatus est nõ bap
tismo fluminis ꝫ flamis.i.spũssancti bap
tismo spũali i fonte spũssancti. de isto lau
dabitas. Johãnes baptizat aqua. Ecce
p̃mũ vos autẽ baptizabimini spũsancto
Ecce scm̃ Actuũ p̃mo Nota q̃ iste bap
tismus scs̃us non est tante efficacie sicut
p̃mus.ꝫ saluat hominẽ p̃m quãtitatẽ fi
dei ⁊ devocionis. p̃mus enĩ dat caractere
indelibilem q̃ est quidam ornatus quasi
stellaz habens in fronte et ex hoc singula
rem gloriã habent in paradiso. vbi cog
noscit statim dñi anima intrat celũ intrat
si iste fuit baptizatus ⁊ nõ iste ex isto ca
ractere. Itẽ quia p̃mus baptism⁹ remit
tit omnia peccata non solũ a culpa ꝫ etiã
a pena. Iste autẽ scs̃us dat remissionem
peccatoꝝ a culpa.sed non a pena nisi p̃m
quantitatẽ fidei ⁊ devocionis. Nota mi
raculum quod legit in vita beati martini
de catheczumino mortuo per euz suscitato
q̃ dixit se fuisse ductũ per vias tenebro
sas ad purgatoriũ. Sed orõmbus beati
martini fuit suscitatus q̃ p eo flens ora
bat dubitando ne esset dãpnatus. Iste
secundus baptism⁹ gracie spũalis dat no
bis etiã xpianis magnã consolacionem.
vnde si aliquis nostz dubitaret dicens.
O miser quid scio ego si sum bene bap
tizatus quia forte fui baptizat⁹ ab igno
rante siue a petula ⁊c. Ideo quid erit de
anima mea. Ideo ecce consolacio posito
casu q̃ baptizans errauit in forma vel in
intencione ꝫ tu nescis quia si scires dece
tero faceres te baptizare hoc suffitit ⁊ iã
es baptizatus baptismo flaminis hec de
claracio abstrahit ab illa auctoritate apo
stoli scda Choz. vij. Si enim voluntas
ꝓmpta est scm̃ illud qõ habet accepta
est non p̃m qõ nõ habet. Nota voluntas
ꝓmpta est.scz desideriũ do illud q̃ nõ ha
bet accepta est supple apud deũ ꝫ illud q̃
habet scz desiderii vel ꝓmptitudinẽ. Jõ
nullus debet itez baptizari nisi esset cer
tus q̃ nõ esset baptizat⁹. Sed de puer
pueris q̃ non habent libez arbitriũ nec vo
luntatẽ est periculũ. vnde si puer q̃ mo
ratur ad baptismũ moriẽ in via nõ salua
tur. Rõ quia nõ habet voluntatẽ. Si di
catur nunq̃d saluatur in fide pentiũ. dico
q̃ nõ nisi recipiat baptismũ quia ñ habet
ꝓmptitudinẽ volũtatis. Jõo multũ de
bent cauere mulieres ne pueri moriantur
sine baptismo. Sz si adultus iudeus vel
agaren⁹ vadens ad baptismũ recta intẽ
cione ⁊ nõ ficta moriẽ in via talis saluaẽ
ꝓpter ꝓmptitudinẽ voluntatis. Jõo xp̃s
ego sicienti.i. ardenti desideranti dabo de
fonte aque viue gratis Apoc̃.xxi. de isto
dicit thema. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹
fuerit nõ solũ baptismo fluminis ꝫ flami
nis saluus erit. ¶ Terci⁹ ẽ de sanguine
martiriali qñ enĩ nõ baptizat⁹ baptismo
aq̃ interficit ꝓpter xp̃m saluaẽ vt pz de re
thoribꝰ adductis ad disputãdũ cũ beata
katherina Dic histoziã ⁊ quõ sine dolore
mortui sunt. de ꝫ baptismo dt xp̃s marti
ribus. Calicẽ quidẽ meũ bibetis ⁊ bap
tismo quo baptizoꝝ baptizaui Marci.x.
Nota calicẽ.i. passionẽ qz sicut calix con
tinet certã mensurã Sic in passione mar
tirũ nihil fiebat sine mensura ꝫ p̃m men
surã certã a deo ordinatã Iste baptism⁹
est minor in aliq̃. Minor est in ꝫ quia ñ
dat caracterem vt p̃us. vnde illi.l.retho

tes nō habēt caracterē. ꝫ est maior in hoc quia nō soluz purificat vt baptismꝰ aque a culpis ⁊ penis ꝫ etiā scīficat creaturam ita vt de ea fiat festū. Ideo iohēs. Beati q̄ lauant stolas suas ī sanguine agni vt sit potestas eoꝝ in ligno vite ⁊ ꝑ portas intrent ciuitatē. Apoc. xxij. Nota beati q̄ lauant stolas suas. i. corpora sua Rō quia sicut vestl cooperit corpꝰ ita corpꝰ cooperit animā in sanguine agni. Quare nō dt in sanguine ꝓprio. Rn̄sio qꝛ modicū valet effundere sanguinē ꝓpriuz qꝛ cum sit infectus peccatis nō posset lauare animā oportet ḡ lauare in sanguine agni. Ideo de martiribꝰ dr hij sunt q̄ venerūt ex magꝫ tribulacione ⁊ lauerunt stolas suas ⁊ dealbauerūt eas ī sanguine agni. Apo. vij. Sed q̄d si aliq̄s ꝑ xp̄o moritꝫ ⁊ nō occiditur ⁊ nō effundit sanguinē quia suspenditur vel submergitꝫ vel suffocatꝫ vel fame moritꝫ nunq̄d est martir. Dico ꝙ sic. quia in sanguine. i. ꝑ fide xp̄i moritꝫ. Itē vt potestas eoꝝ in ligno vite supple ad accipiendū fructꝰ eius. lignū vite est xp̄s. quia facit fructus tociꝰ scie gaudij ⁊ leticie caritatis ⁊ scītatl ⁊ vite eterne. Et ꝑ portas. i. v̄tutes intrent ī ciuitatē scz celestē nō dt per portā in singulari ꝫ ꝑ portas ī plurali ad ostendendū ꝙ nō solū sunt martires illi q̄ occiduntꝫ ꝑ fide xp̄i ꝫ etiā ꝑ q̄cunqꝫ v̄tute seu iusticia manutenēda vn̄ Johānes baptista martir est qꝛ ecclesia dt p̄potens martir heremiqꝫ cultor tamē non ꝑ fide qꝛ nulla q̄stio sibi fiebat de fide. Sed ꝑ v̄tute castitatl quia rep̄hendit herodē de luxuria mortuꝰ est ⁊ decapitatus. O q̄t martires essent ī mūdo si vellent. verbi grā qn̄ aliquis videret aliquē deū blasphemantē etiā dominū vel regē. ⁊ aliq̄s rep̄henderet eū si occideretꝫ martir efficeretꝫ cū iohē. qꝛ maiorē rōnē hz martirij q̄ꝫ iohānes qꝛ plus peccat blasphemator q̄ꝫ fornicator. Itē si q̄s occiditur quia defendit cōitatez iuste martir est. Itē si dn̄s occidit scutiferū quia non vult vocare meretricē ⁊c. martir est ⁊ ꝑ portam castitatl intrat ciuitatē paradisi. Itē de muliere maritata nolenti cōsentire viro eā indebite ⁊c. Itē de notario vel teste nolente facere falsū instrumentū ⁊ occiditꝫ martir efficeretꝫ ⁊ per portā iusticie intrat ciuitatē celestē. Ecce q̄liter dt ꝑ portas. i. v̄tutes. de isto dt thema Qui crediderit ⁊ baptizatꝰ fuerit ⁊c. ¶ Quartus est de mīa p̄niali. isto oporteret nos baptizari qꝛ licet fuerimꝰ baptizati baptismo fluminis tn̄ depost facimꝰ tot peccata ꝙ maculamꝰ nos turpiter tā corpus q̄ꝫ animā. Ideo non habemꝰ aliud remediū nisi mīe p̄nialis scz in corde conteri de peccatl recipere ꝓpositū dcetero nō peccare ⁊ debemꝰ recipere ꝓpositū confitēdi ⁊ cū vna gutta lacrimaꝝ plus faciet ⁊ lauabit q̄ꝫ cū tota aqua maris ⁊ tunc restat pena in purgatorio. Dicitꝫ baptismꝰ mīe p̄nialis. qꝛ isto aīa peccatrix lauatꝫ in fonte mīe dei. de isto dt scp̄tura in figura iudith. Exibat iudith noctibꝰ in vallem betulie ⁊ baptizabat se in fontē Iudith. xij Nota iudith. i. confessio ꝟm interp̄tacionem hebraycā. Exibat noctibꝰ. Noctes in scp̄tura sig̃nt peccata. Sed dies grām ⁊ bonaz vitā. Qui ambulat in tenebris nescit quo vadit. Ergo ambulate dū lucem habetl vt non tenebre vos comprehendant. Johānis. xij. Exibat ergo noctibus scz ad cogitandū peccata cū dolore ⁊ cū contricione. Et concordat dauid dicens. Laboraui in gemitu meo lauabo ꝑ singulas noctes glosa per singula peccata. Nota quia si q̄s peniteret de vno peccato ⁊ non de alio nihil valet. Ideo confessor debet interrogare a cōfitente ⁊ peccatore et penitemini de omnibꝰ istis peccatis si dicit sic. nisi de tali ⁊ tali nihil valet nec est absoluēdus. Nota in valle bethulie. i. penitencie non dt in montē quia penitencia requirit humilitatez vt patet

in operib⁹ penitencie. p̄mo in contricione in q̄ cor leonis per superbiaz restringitur per humilitatē peccator cōtritus dicitur O miser q̄d erit de me contricio si vera ē nō ē sine hūilitate. scd̄o in cōfessione humiliādo se q̄tūcūq; sit magn⁹ dn̄s flexis genib⁹ debet confiteri. Itē dicendo mala ⁊ peccata sua q̄si se diffamando Ecce in valle bethulie. Idē de alijs operib⁹ mīe q̄ omnia humilitatē īportant, vt oracio flexis genib⁹. Ieiuniū humiliat corpus elemosina bursam remissio iniuriaꝝ cor. Ecce qualit̄ humilitas p̄nie est fons diuine misericordie. animā purifi cās ergo lauamini scz, per p̄niaz. mundi estote. auferte malū cogitacionū vestraꝝ ab oculis meis Ysaie. p̄mo. de isto d̄t thema. Qui crediderit ⁊c̄. ¶ Quint⁹ est de igne purgatorij dicūt aliq̄ ignorātes q̄ vltra mare sunt gentes q̄ baptizāt̄ igne hoc nichil valet quia deus in hoc mūdo nō instituit baptismū ignis s̄ aque Sed ex sua nimia misericordia in alio mūdo instituit baptismum ignis purgatorij. vbi baptizant̄ penitētes q̄ non pacta p̄nia condigna decedunt. verbi grā quādo morit̄ penitens q̄ de peccatis habuit cōtricionē s̄ non tantam sicut peccata sua req̄runt ad dimissionem culpe ⁊ pene que fuit cōfessus ⁊c̄. et morit̄ statim aīa ducit̄ ad iudicium ⁊ d̄t xp̄s angelo. baptizet̄ in fonte ignis purgatorij. vt mundet̄ a maculis. Nota modū qualit̄ ab āgelo tanq̄ a sacerdote immergitur. ⁊c̄. de isto auctoritas dicebat Johānes. Ego vos quidem baptizo in aqua q̄ post me ventur⁹ est forcior me ē. ipse vos baptizabit in spūsancto ⁊ igni Mathei. iij. Nota forcior quia iste baptismus ignis valde est penalis. ipse scilicz xp̄s vos baptizabit in spūsancto. q̄z gracia est spūssancti. q̄ in alio mundo habeamus locū penitencie ignis. ⁊ per ignem. scd̄m gramaticā antiquā in ablatiuo dicebatur igne vel igni. Ideo possunt dicere anime. quādo exeunt de isto baptismo ignis purgatorialis transiuim⁹ per ignē ⁊ aquā ⁊ eduxisti nos in refrigeriū. p̄s. lxv Nota per ignē ⁊ aquā quare p̄mo ponit ignē cum p̄us baptizent̄ aqua. Respondeo quia ignis est forcior ⁊ p̄ncipalior. Ideo de p̄oribas p̄or est speculacio Nota q̄ solum xp̄iani intrant purgatorium. de isto dicit thema. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit. Deo grās.

¶ Dominica infra octauas ascensionis domini. Sermo p̄m⁹ de epistola

In omnib⁹ honorificetur deus. Habet̄ verbum istud originaliter p̄ma petri quarto. ⁊ recitatiue in epistola currentis dominice. hoc verbum indiget vna breui declaracōne. Pro qua sciendū q̄ dicunt oēs sancti doctores loquētes de mundi creacione de⁹ creauit mundū duplici rōne. Prima ex parte hominū fuit necessitas ⁊ vtilitas. Scd̄a ex parte dei vt p̄ncipalis fuit ꝓ honore ⁊ gloria sua ¶ De p̄ma sciebat deus. q̄ homines indigebant loco firmo ad habitandū. laborandū seminandū colligendū nutriendū iumenta, ꝓpter hoc creauit terrā. Itē sciebat q̄ homines indigebāt aqua ad lauandum bibendū nauigandū ⁊c̄. Ideo creauit mare ⁊ fontes ⁊ flumina. Item quia habebant respirare ideo fecit aerē. Idez de igne ad calefaciendū ⁊ ad p̄parandū alimenta ⁊c̄. Itē quia indigebam⁹ lumine fecit solem ꝓ die. lunā ⁊ stellas ꝓ nocte. Item sciens q̄ terra nō germinaret sine influencijs. ideo fecit planetas. Itez sciens q̄ morimur fecit celum ꝓ bonis ⁊ carcerē inferni ꝓ malis. Istā primā racionem tangit scp̄tura dicens. Siue mūdus siue vita siue mors siue p̄sencia siue futura omnia enim nostra sunt. p̄ma ad

Chorinth. iij. O quantū deberem⁹ ipsū diligere quia tantū fecit ꝓ nobis. ¶ De scda rōne ꝑncipali. scz pro gloria ⁊ honore suo vt in mundi creacione cognoscatur eius potencia diuina. q̄ talia de nihilo fecit potens est. Itē vt coguoscatur eius sapia in mundi gubernacōne. Item eius clemencia in omni ꝓuisione. Item eius misericordia in bonoꝝ premiacōne Et eius iusticia in maloꝝ dāpnacione. Ecce scda racio ꝑncipalis quare creauit omnia. vt a nobis laudet̄ honoret̄ ⁊ glorificetur. ¶ Nota ad hoc similitudinē de potentissimo rege habente palaciū ꝓ se. ꝫ gentes sue non habebāt domos villas vel ciuitates ꝫ viuebant in nemoribꝫ qui suis ꝓprijs sumptibꝫ edificauit eis vnam pulchrā ciuitatē. Duplici rōne. Prima ꝓpter necessitatē ⁊ vtilitatē genciū suarū Scda ꝓ honore suo. Ita etiā de deo dicimus. q̄ habebat palaciū sue eternitatis vbi habitabat ꝫ ꝓ nobis creauit celum ⁊ terrā ⁊c̄. ꝓ suo honore vt ostenderet suā misericordiā habundant̄ ⁊ iusticiā rigorosam. Ideo d̄t scp̄tura regi seculoꝝ immortali inuisibili soli deo honor ⁊ gloria. ꝑma ad thimothcū ꝑmo. vtilitas est hominū ꝫ honor ⁊ gloria sunt dei Ideo sicut deus nō tangit partē nostrā sed totā vtilitatē dimittit nobis Ita etiā nos nō tangam⁹ partem suā querētes honorem seu gloriā nostram ꝫ dei quia soli deo honor ⁊ gloria. Ideo d̄t thema. In omnibus honorificet̄ deus patet thema. Occasione hui⁹ verbi amore vestri quesiui in sacra scp̄tura que sunt ⁊ quot in quo debemus deū honorare Et inueni ꝙ sunt quatuor in summa.

Primo debem⁹ dare deo de corde amorem supernalem
Secundo de ore laudē tēporalem
Tercio de corpore rigorē virtualē
Quarto de bonis exterioribus principalitatem.

Et de quatuor loquit̄ thema dicēs. In omnibus supple bonis honorificet̄ deus. ¶ Dico enī ꝑmo ⁊c̄. Licet enī debeamus diligere patrē ⁊ matrē. sorores. parentes ⁊ amicos. vitā ꝓpriam. ⁊ famam. super oīa tñ diligend⁹ est deus quia diuino amori nō est ꝑponēdus amor alicui⁹ rei create nec patris nec matris ⁊c̄. Sed amor creatoris sit in corde quasi oleum in lampade quia debet omnibꝫ dilectionibus supnatare. Si vis bene soluere debitum deo. facias ꝙ amor patris ⁊ matris ⁊c̄. sit in corde tuo vt aqua frigida. non supnatando. Amor autē dei sit vt oleū in lampade calidū ⁊ natans alias non soluis deo. Ecce quid dicit ipsem et q̄ amat patrē aut matrē plus q̄ꝫ me. non est me dignus supple habere in hoc mūdo ꝑ graciam ⁊ benedictionē. nec ī alio per gloriā ⁊ saluacionē. ⁊ qui amat filiū aut filiam super me non est me dignus. Mathei. x. ¶ Questio moralis diceret aliquis pat̄ ego diligo deum super omnia. detis mihi aliquod signū. Ideo ego dabo signū vobis quia multi credunt diligere deū sup omnia ⁊ non faciūt. Ad ꝓbacionē si vos haberis duos amicos ⁊ illi discordant interse ⁊ vos facitis partē cum altero illorum. Signū est ꝙ pl⁹ diligitis illum q̄ꝫ aliuui. Sic in ꝓposito. Nos diligim⁹ patrem ⁊ matrē ⁊c̄. ⁊ dominū. Ecce venit ad punctū in q̄ oportet facē vel ꝯ deū vel ꝯtra creaturā dilectā. Si amoē creature facitis contra deū signum est ꝙ plus diligitis creaturā q̄ꝫ deum Si oppositū signū est ꝙ plus diligitis deū verbi gracia. Si filius vester infirmat̄ ⁊ dicitur vobis ꝙ vadatis ad diuinos vel coniuratores ⁊ deus ꝑcipit oppositū ꝙ nullus vadat ⁊ necessitas ⁊ amor filij te īclinat ꝙ vadas ꝓpterea certū est ꝙ plus diligis filiū q̄ꝫ deum. Idem si perdidisti taceā argenteā vel pecuniā vel aliquod iocale ⁊ cupis illud inuenire. ⁊ dicit̄ ꝙ vadas ad sortile

glia in qua est mare in quo si proicias lig
num cuiuscunqz figure conuertitur in la-
pidem. Si ergo natura tantum potest.
multomagis deus. Sed tñ veruz est ꝙ
ista exempla deficiūt quia natura conuer
tit vnā creaturam in aliā in multo tem-
pore. ⁊ ꝑ multas transmutacōnes. Deꝰ
autem cōuertit creaturam in creaturam
in instanti. ¶ Secūdum mirabile quod
in hoc sacramento cōtinetur est ꝙ q̄tum
cunqz panis transubstancietur in corpus
xp̄i non crescit. ⁊ certe hoc non est incon
ueniēs. quia videmus quādo aliquis re
uelat secretū suum isti non augmētatur
ꝓpter hoc secretum suū in eo. ¶ Terciuz
mirabile est ꝙ non decrescit nec minuit.
cum millesies sumatur. Exemplū de cā-
dela a qua sumitur ignis. ⁊ tamē non mi
nuitur. ¶ Quartū mirabile est quod su
mitur ab immūdo ⁊ non maculat. Quī
tum mirabile est cuz sit cibus ꝙ dat mor
tem indigne sumentibꝰ. Exemplū de in-
firmo cui si vinum ⁊ carnes dentur dant
mortem. ⁊ tamē vinū ⁊ carnes sunt cibꝰ
vite Unde dicit Gregoriꝰ. Sicut cor-
poralis cibus cuz ventre inuenerit diuer
sis humoribus occupatū amplius magl
nocet. ⁊ nullum prestat auxiliū. Ita cibꝰ
spūalis si aliquē reperit malignitate re-
pletū non sui natura ꝫ sumētis vicō nul-
lum prestat effectū bonum. ymmo ma-
gis nocet. ¶ Sextū mirabile est ꝙ simlr
et semel est ī diuersis hostijs. Exemplū
de sono cāpane. ⁊ voce hominis. Sep-
timum mirabile est ꝙ hostia diuiditur ⁊
corpus non laceratur. ꝫ manet in quali-
bet parte integrum. Exemplū in speculo
in quo ymago existens ad diuisionē spe-
culi non diuiditur. ꝫ in qualibet parte re-
seruatur. ¶ Octauuz mirabile est cum
sit ita magnum quomō posset in tam par
ua hostia contineri. Exemplū est de mō
te cum sit ita magnus in parua pupilla o
culi presentatur. ¶ Nonū mirabile est.
quia ibi sunt accidentia sine subiecto ⁊c̄
Ita exhortor vos omēs vt digne suma
tis illud venerabile sacramentū ⁊c̄

¶ Dnica. j. post trinitatis. Sermo p̄mꝰ

Habent moisē
et ꝓphas audiant illos. ha-
betur verbū illud textualiter.
Luce. xvi. Et officiatur in euangelio ho
dierno. Sermo erit de sancto euāgelio
et habebimus multas bonas doctrinas ⁊
et speculacōnes intellectuales. ⁊ bonas
instructōnes morales. Sed priꝰ presen
temus virgini Marie iocale quod ipsa
valde diligit. s. Aue maria grā plena ⁊c̄
Sanctum euāgelium hodiernum decla-
rat nobis quatuor multuz necessaria ad
sciendum pro nostro auisamento ⁊c̄. scz
¶ Mundanalis conuersacō
¶ Diuinalis retribucio.
¶ Inferualis disposicō.
¶ Scripturalis confirmacō
Ista autē quatuor sunt valde necessaria
ad sciendum. Primo mundanalis con
uersacō vt ipsam spernemus. Secundo
diuinalis retribucō vt ipsam speremꝰ vl
desideremus. Tercō infernalis disposicō
vt ipsam vitemus. Quarto scripturalis
confirmacō vt ꝑ ipsam nos reformemꝰ
De quarto autē ibi xp̄us confirmat scp̄
turas scās. Dicit thema. Habent moy-
sen ⁊ ꝓphetas audiant illos ⁊c̄. ¶ Dico
primo ꝙ in sancto euangelio declaratur
nobis mundanalis conuersacō vt scilicz
ipsam spernemus. Que est mūdana cō
uersacō. Dico ꝙ de seipsis nimis carnali
ter curare in vanitatibus vestiū. ⁊ delici
as corporis querere et nō curare de neces
sitatibus ꝓximi Ecce quomō ostendit

in principio euãgelij cũ dicitur. Homo
quidam erat diues ⁊c̃. vsq; canes venie
bant ⁊ lingebant vlcera eius. Vestieba
tur ad carnem de bisso. Bissus enim est
tela multũ delicata desup autem indue
batur de purpura ⁊ de auro pulcherrimo
⁊c̃. Comedebat cottidie splẽdide de mlt
tiplici cibo nunq̃ ieiunabat. de pauperib
non curabat. Quia erat mendicus q̃daz
nomine lazarus ⁊c̃. Ecce cõuersacõ mũ
danalis cõtra quã dicit scriptura. Neõ
quod suum est querat sup̃ tantuz ꝫ alte
rius. prĩa ad Cor. x. Sed notanda sũt
hic duo secreta de quibus pauci se auisãt
Quãdo xp̃us loquitur de diuite nõ no
minat eum. ꝫ dicit. homo quidaz erat di
ues. qñ autem loquitur de paupe nomi
nat ip̃m dicens. Erat quidã mendicus
noĩe lazarus. Quare hoc. certũ est ꝙ di
ues nomen habebat. Et xp̃us non nomi
nando eum dicit. Homo quidã. acsi non
sciret eius nomen. ꝙ tamen sciebat bene
maxime quia vos videtis ꝙ diuites sũt
famosi ⁊ valde nominati. Si enim que
ritur vbi moratur talis diues omnes sci
unt eum ⁊c̃. Secus de pauperib homi
nibus. diuites vere faciũt tantuz bene vl
male ꝙ faciũt se cognoscere ⁊ nominare
Ideo dauid loquens de diuitibus dicit.
Tabernacula eoꝝ in progenie ⁊ proge
nie vocauerunt nomina sua in terris sed
non in celis. p̃s. xlviij. Cuz ḡ diues iste
esset famosus quia xp̃us eum nõ nomi
nat sicut ⁊ pauperem. Pro responsiõe
sciendum ꝙ q̃dũ persona ꝑ bonã vitã
est in gracia diuina nomen eius est scrip
tum in celo in cathedra que sibi correspõ
det ꝫm presentem iusticiã vt dicunt sanc
ti doctores. Auc̃tas xp̃i dicentis illis q̃
erant in gracia. Gaudete ⁊ exultate quia
noĩa vestra scripta sunt in celis Lu. pri.
Scripta sunt in celis id ẽ in cathedris ce
lestib. Per oppositũ ꝑsona que peccat
et tenet malã vitã viuit in peccatis vel

superbie pompe ⁊ sic de alijs raditur no
men eius de celo nõ de libro predestina
cõis diuine qꝛ in illo nullus scribitur de
nouo nec raditur. ꝫ raditur de hoc ꝫm pñ
tem iusticiã. Ideo quãdo moyses ora
uit ad dominũ pro peccato populi de vi
tulo aureo dixit. Obsecro dñe peccauit
populus iste peccatũ magnũ fecerũt q̃ si
bi deos aureos dimitte eis hãc noxã aut
si non facis dele me de libro quẽ scripsi
sti. Exo. xxxij. Cui respondit dñs. Qui
peccauerit mihi. delebo eũ de libro meo
ibidẽ. Itẽ dauid de peccatorib loquẽs
dicebat. deleãtur de libro viuentiũ. ⁊ cũ
istis non scribantur. p̃s. lxviij. Et scribit
nomen eoꝝ in inferno. O qualis ꝯfusio
et verecũdia est eis acsi papa haberet no
men alicuius simplicis sacerdotis in ro
tulo vt ꝓmoueat eum ad ep̃atuz vel car
dinaliatuz ⁊ ꝓpter peccatum suum papa
deleret nomen suũ ⁊ scriberetur inter sim
plices scholares. Vel si rex haberz nomẽ
alicuius vestrum scriptum vt faciat eum
baronem. comitem. vel ducem. ⁊ ꝓpter
culpam vestrã rex deleret nomen vestrũ
et ipsum scriberet inter nomina raptorũ
Maior cõfusio et verecundia est incon
parabiliter quãdo deletur nomen de li
bro dei ⁊ scribitur in carceribus inferni.
Auc̃tas Jeremie. xvij. Domine omẽs
qui te dereliquent scz peccando confun
dantur recedentes a te in terra scribũtur
scz in illa die de qua Job. x. dicitur. Ter
ra miserie ⁊ tenebrarum ⁊c̃ Quia ergo
iste diues de quo loquitur euangelium
erat peccator ⁊ male vite. xp̃us non in
uenit nomen suũ in libro predestinacõ
nis. Ideo noluit ip̃m ore suo nominare.
Or ista sit racõ patet ꝑ Dauid in perso
na dei dicentẽ de diuitib⁹. Nõ ꝯgrega
bo conuẽticula eoꝝ de sanguib ⁊ pctis
ꝫm illud Libera me de sãguinibus ⁊c̃.
nec memor ero nominũ eoꝝ per labia
mea. Ecce quõ dicit clare p̃s. xv. Esse

diuitem de bono iusto nõ est peccatum. Sz esse diuitẽ ⁊ male vite ⁊ ĩpium b̃ ẽ pctm̃ ⁊ de talib⁹ dicit deus Nõ ꝯgregabo conuenticula eoꝝ de sãguinib⁹. Unũ cõuenticuluz est diuitũ suꝑboꝝ, volentiuz habere regimẽ ciuitatis ⁊c̃ Nõ intẽdentiũ ad onus q̃d recipiũt Aliud est ꝯuẽticulũ auaroꝝ vsurarioꝝ ut habeãt õnes pecunias Aliud luxurioloꝝ ducentium vxores isto respectu ut ex ea habeãt amicos Aliud gulosoꝝ ꝯuiuia facientiũ ⁊c̃ Aliud iracũdoꝝ ⁊ iuramenta sibi facientiũ ꝙ mutuo se iuuabũt dicẽdo Qui tãget vos. me tãget. de omnib⁹ istis dicit Non ꝯgregabo ꝯuẽticula ⁊c̃ scz in celo cũ angelis ⁊ sanctis. nec memor ero nominũ eoꝝ ꝑ labia mea. Sz quia nomẽ pauperis lazari erat inscriptũ ĩ libro dei ergo qꝛ cũ patientia recipiebat pauꝑtatem. sperans ditari in celo. Ideo noĩauit ipsum. ⁊ fuit ꝯpleta ꝓphecia dauid dicens Aĩas pauperum saluos faciet. Ex vsuris ⁊ iniquitate redimet aĩas eoꝝ ⁊ honorabile nomẽ eoꝝ corã illo Et loq̃tur de pauperib⁹ p̃s septuagesiõ primo Nota aĩas pauperũ saluas faciet. si patienter sustinẽt paupertatez Nõ debem⁹ furari nec contra deũ indignari. sed sperantes in paradiso ditari Ex vsuris scz q̃s mõ soluunt redimet eos. quia nichil possunt habere de diuitib⁹. nisi cum vsuris si petũt ab eis mutuo nõ obtinẽt nisi cũ vsura Si volũt emere bladũ vel pãnũ ⁊c̃ cũ vsura emũt scz plus scz ꝓpter solutionis dilationez si vendunt eis cũ vsura Et iniq̃tate. s. quã eis faciũt liberabit eos. quia nõ possũt obtinere iustitiã aduocati ⁊ procuratores et notarij q̃ꝫ diu in eis senciunt pecunias. protrahunt eos nimis. postea dicunt eis conuenitis cum parte quia malum ius habetis et quare non dixisti ante Ideo pro vna die tu stabis mille milia annis ad portã paradisi nec intrabis dicit ergo ꝙ ex vsuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum ⁊ honorabile nomen eorum coram illo Qualis honor ac si rex vl' papa nominaret ⁊ peteret de aliquo paupere ¶ Secundũ secretum est ibi cum dicit canes veniebant et lingebant vlcera Qui sunt ⁊ q̃d isti canes signifiant dicit gregorius in omelia super isto euangelio dicens allegorice Quot; canes sunt illi qui habẽt officium predicandi Ratio iam scitis ꝙ dominus nõ mittit oues suas ad nemus nisi cũ canib⁹ ut custodiãt oues a luppis Ita ille qui dicit Ego sũ pastor bonus ⁊c̃ Job x nõ dimttit oues suas sine custodib⁹ Custodes sunt p̃lati Mustiui p̃dicatores primi mustiui optĩe latrãtes fuerũt apostoli. deinde martires doctores. ⁊ ꝯfessores. hodie õnes illi qui p̃dicant ⁊ latrãt ꝯtra lupos inferni ne ap̃ꝓximẽt ouib⁹ xp̃i Et nũq̃d est hec magna dignitas Ecce q̃d dicit Job in persona xp̃i Et ita exponit gregorius in moralib⁹ Nũc derident me iuniores tp̃e quorũ patres non dignabar ponere cũ canibus gregis mei Job xxx Nota nunc derident me iuniores scz iudei qui tunc orabant dicendo vach. qui destruis templum dei Alios saluos facit ⁊c̃ quorum patres scz patriarchas ⁊ ꝓphetas nõ dignabar ponere cum canibus gregis mei Ita ꝙ maior est dignitas predicatorumq̃ prophetarum nec patriarcharuz Isti canes habent linguam medicinalem quando lingent vlcera peccatorũ plaga ⁊ vuln⁹ superbie que in capite consistit lingitur a predicatore quando cõmendat ⁊ laudat virutem humilitatis. Et quomodo christus saluator noster ⁊ beata virgo Maria fuerunt humiles ⁊ quantũ eis placẽt humiles persone caste deuote beniuole ⁊ sic de alijs. Et quomodo ⁊ qualiter superbia fuit inicium tocius mali clausitq̃

Dñica prima post trinitatis sermoi

Januā paradisi ⁊ sic de aliis peccatis ⁊ vir
tutibus oppositis. Lingua canū medicina
lis est sed dentes sūt venenosi qñ in cō
fessionibus petūt pecunias tunc mordent
bursā tunc mordēt bona ⁊c. Ecce qua
re dicit ꝙ canes lingebāt vlcera eius quia
sic curant vlcera peccatorum. Ideo dauid
lingua canū tuorum ex innimicis ab ipso
ps. sexagesimo septimo. Est hic figura
ecliptica qr verbū deficit lingua canū tuo
rū. i. pdicatorū. Ex innimicis. i. peccatis
suple sanat vel liberat ab ipso scz deo qr
pdicatores solū sūt instrumentū grego
rius. In vanū laborat exterius lingua pdi
catoris nisi fuerit interius gratia saluato
ris. Dico secūdo ꝙ ostēditur diuinalis
retributio vt ipsā desiderem⁹ ibi cū dicit
Factū est vt moreretur mēdicus vsqꝫ et
sepultus est in inferno. Ecce retributio
diuinalis dicit magister sentētiarum in
quarto ⁊ etiā omnes doctores quia doc
trina est communis ꝙ in corde terre sūt
quartuor domus. Inferior est locus dāp
natorum secūda locus puerorum in quo nō ē
ignis nec demones solū sūt ibi tenebre. i.
carētia diuine visionis. Nō est ibi ignis
materialis ꝫ ira dei dicit ignis secūdum
illud deutrono. tricesimosecūdo. Ignis
succēsus ē in furore meo ⁊ ardebit vsqꝫ
ad inferni nouissima talē irā augustinus
vocat ignē in isto dicūt illi pueri esse nō
baptisati qr nūqꝫ videbūt deū. ¶ Tertia
domus est locus purgādorum vbi est ignis
materialis sed nō sūt ibi demones. Ille
ignis diuina virtute crutiat ⁊ purgat ani
mas. ¶ Quarta domus est et superior
est sinus pfectorum in quo erāt sācti pres
Et dicebat sinus abrahe ex securitate qꝫ
habebat de gloria qr illud ꝙ in sinu ha
betur est in securitate vel i securo etiā pa
radisus dr sinus abrahe. Auctas. eccle
sie dicēs. Exaudi exaudi vt aīam meam
in sinu abrahe priarche tui iubeas colloca
ri. Dicit ergo factū est vt moreret men
dicus ⁊c. Quia sicut nūc ꝯdigne pnitē
tes qñ moriūtur. aīe eorū statim portā
tur in celū. Ita tunc ad sinū abrahe. Di
ues aūt sepultus est in inferno. Ecce ad
lrām retributio diuina. Auctas. Ego
dñs scrutans corda ⁊ pbans renes qui
do vnicuiqꝫ iuxta viam suā. ⁊ iuxta fru
ctum adinuencionū suarum. Iere. xvij.
Nota dui secreta moralia. Primum
ibi cū dicit. Factū est vt moreret mēdi
cus. Si attendistis in ordinatōne verbo
rū xpi qñ voluit loqui de mundana con
uersacōne. primo fuit locutus de diuite
qꝫ de paupe dicēs hō quidā erat diues
Sz qñ voluit loq de alio mūdo ⁊ de mi
sericordia retribucōe primo fuit locutus
de paupe dicēs. Factum est aūt vt ⁊c.
Dico ꝙ ꝫ fecit xpūs ad ostendendum cō
trariam cōditionem diuitum ⁊ pauperū
qꝫtum ad vitam ⁊ qꝫtum ad mortē. In
hoc mundo diuites sunt pmi in honoribus
et dignitatibus officijs in locis. qr sem
per sedent in primo loco. in escis haben
dis ⁊ in omnibus. Paupes aūt semper
sunt vltimi. Sed in alio mūdo conuerti
tur totum. quia paupes sunt primi i ho
noribus ⁊c. diuites vero vltimi. Recte
est de diuitibus sicut de falcone ⁊ de gal
lina. Falco em̄ qꝫdiu viuit valde hono
ratur portatur a dño in manu qui nollet
portare filium suum qr ducit eum etiam
ad ecclesiam. seruit sibi diligenter aliquo
ciens etiam carnes crudas cum dentibus
mordendo. ipsum in estate cum aqua re
frigerando. in hyeme autē dormit in ca
mera dñi in loco eminenciori. Et si mi
sera gallina modicum approximetur ca
mere ad cōmedendum micas statim ex
pellitur. nec audet cameram intrare. sed
in morte cōuertitur simpliciter. qr galli
na cū magno honore portat coram dño
inter duas scutellas. Et si dr dño. falco
est mortuus dicit ꝓiciat in sterqlinio. Ita
recte diues ē vt falco viuit delicate ⁊c.

Et miser pauper vt gallina nõ audet do
mui diuitis appropinq̃re qr statim dicit̃
quid vult iste homo. O latro debet esse
foras. Ecce quare p̃mo noiauit paupe-
rem. qñ fuit locutus de alia vita. Et ve-
rificatur illud ꝙ ipẽmet dñs dixit. Erũt
nouissimi scz paupes q̃ in hoc mũdo sũt
nouissimi primi scz in paradiso. Et diui
tes qui in h̃ mundo sũt primi erũt nouis
simi scz in insetno. Ideo qñ pauper mo-
ritur eius anima portatur corã dño iter
duas scutellas scz gloriã anime q̃ ha-
bet statim ⁊ corpis q̃ habet post iudiciũ
vel due scutelle sũt ĩmunitas de pena in
ferius ⁊ abundancia de gloria superius.
¶ Secundũ secretum est ibi cũ dicitur
Mortuus est diues ⁊ sepultus est ĩ in
ferno. certũ est ꝙ corpus eius nõ fuit se
pultum ĩ inferno. sed aĩa videtur ergo ex
hoc ꝙ in inferno fuit cimiteriũ ⁊ sepultu
ra. Dico ꝙ sic. Sed auisetis vos ne ibi
eligatis sepulturam. Anima sepelitur in
inferno sicut corpus honorabile sepelit̃ ĩ
hoc mundo. In cuius corpis sepultura
sunt tres principales cerimonie ¶ Pri
ma qr aliquis amicus vel scutifer vadit
ad ecclesiam vt sepultura apiatur ⁊ sa-
cerdotes se p̃parent vt sit cõmotio a cle
ricis. exquo est ibi respice siue presencia
Idem fit de sepultura anime qñ malus
diues est ad mortẽ infernus dyabolus
qui eũ temptauit cognoscẽs naturaliter
horam mortis. subito vadit ad infernuz
ad rectorẽ scz luciferum dicens qño tal'
religiosus vel clericus vel laicus tenuit
malam vitã ⁊ modo est in articulo mor
tis. Ideo nũcios ⁊ discipulos mittatis.
et fit ibi magna cõmotio quilibet vellet
venire. auc̃tas. de quodam malo diuite.
nabugodonosor ⁊ ita potestis similiter ĩ
telligere de alijs. Infernus subtus ꝯtur
batus est in occursum aduentus tui ⁊ su
scitabit tibi gigantes ysa. xiiij. ¶ Secun
da est que seruatur ĩ sepultura corporis
quia sicut sacerdotes cantãdo portant se
cum corpus. p̃cedente signo crucis Et p̃
entes ⁊ amici cũ fletibus sequũtur Ita
fit de anima damnata q̃ portat̃ a demõi
bus nõ cantãdo sed vociferãdo ꝯfusibili
ter ac si esset porcus mactãdus. p̃cedente
signo luciferi scz circulo. auc̃tas. In cir
cuitu impij ambulãt. Ideo dicit scriptu
ra Vir q̃ errauerit a via doctrine scz pe-
nitencia in cetu giganciũ ꝯmorabitur. p̃
uerb. xxj. ¶ Tercia cõditio seu cerimõia
que seruatur in sepultura corpis est. qr
s̃m suum statum ⁊ cõdicionẽ datur sibi
sepultura in ecclesia. iuxta cornu altaris
vel in choro siue in ecclesia ⁊c̃. Ita fit de
aĩa damnata in ĩferno Iam sũt ibi sepul
chra certa p̃ superbis nõ plena terre. sed
igne inextinguibili. Aliud pro auari ple
num de metallis ignitis. Aliud luxurio-
sor̃ plenũ de pice calido ⁊c̃. de alijs ad
idẽ. de quibꝰ dauid sepulchra illorũ scz
damnatorum domus eorum in eternuz
p̃s. xlviij. de nullo alio sepulchro potest ĩ
telligi. Ideo amore dei. In vestro te-
stamento scilicet in vita q̃ tenetis atten
datis ne illuc elegatis sepulturam. In
puncto em̃ quo eligitis malam vitam.
Eligitis ibi sepulturam. Et confirmat̃
per mortem. ¶ Dico tercio ꝙ sanctum
euangelium declarat infernalem disposi-
tionem vt vitemus. ibi Eleuans autem
oculos ⁊c̃. vsq; nec inde huc trãsmeare.
Nota eleuatis aũt oculos ⁊c̃. ꝙ anima
habet oculos ⁊ etiam omnia mẽbra sed
sunt spũalia quẽadmodum mẽbra cor-
poris sunt corpalia Sz forciora sũt mẽ
bra aĩe. Nota cũ d̃r pater abrahã. dicit
glosa. videt̃ ꝙ esset de genere abrahã ⁊
videt̃ ꝙ sic quia etiã abraham vocat eũ
filiũ dicẽs Fili r̃cordare ⁊c̃. qr de bonis
q̃ homo facit in statu peccati. deus dat in
h̃ mũdo retributionẽ. Nota inter nos ⁊
vos chaos magnum id ẽ abissum firma
tum est vt hij qui volunt hinc tansire ad

vos non possint neq; inde huc transire. Nota q̄ beati obiectaliter transeunt ad dānatos eorum penas videndo. s̄ nō transeunt ad eos penaliter. etiā damnati transeunt obiectaliter ad btōs. s̄ nō pñt transire p̄ pñtiam actualem nec videndo gloriam obiectalem. ¶ Nota duo secreta. Primū ibi eleuās aūt oculos cū esset i tormētis. Ab isto textu sancti doctores extrahūt istā ꝯclusionē. q̄ modo damnati vident saluatos ⁊ btōs. s̄ nō gaudent de tali visione. Immo augmētat eis penam. verbi grā. sicut si famelicus videret mēsam escis plenā. ⁊ nō posset accedere pena sibi augmētaret. Ad practicā cogita qñ supbus damnat⁹ eleuat oculos et videt btm̄ paulū qui fuit supbus ⁊ p̄secutor ecclesie dicit. O miser Ille fuit supbus plus q̄ ego. ⁊ tñ saluus est. qr ꝯuersus fecit penitenciā ita ego potuissez saluus fieri. Idez de auaro. qñ videt mathēū de q̄ dicit beda q̄ fuit raptor. Idez de luxuriosis. qñ vident mariā magdalenā ⁊ mariā egypciacā ⁊ sic de aliis. Auc̄tas. Videntes turbabunt timore horribili ⁊c̄ Sapie. v. Et loq̄tur ad lrām de damnatis. ¶ Secundū secretum ibi de gutta aque. quā petebat q̄ fuit sibi denegata. Mille ⁊ q̄dringēti. xxviij. anni sūt q̄ pecijt ⁊ q̄lihet die, ⁊ hora petit eam ⁊ numq̄ habuit nec habebit. ⁊ si ploraret sanguinē in eternū nō habebit. Ista gutta aque signat refrigeriū aliqd̄ q̄ damnati nō possunt habere. Ideo falsa est ⁊ erronea quedā glosa iuristarū q̄ dicit q̄ dānati habēt refrigeriū ex bonis que fiūt p̄ eis. dando silitudinē de aliquo q̄ portat onus magnū q̄ licz nō deponat onus tñ qñ datur sibi potus vel vna parca vini habet refrigeriū. Non est ita de damnatis. qr nullum remediū habere possunt. Auc̄tas. Mortuo homine impio nulla erit spēs p̄uerb. xj. nec exeūdi nec remediū alicuius habēdi. Immo qñ pro eis fit aliqd̄ bonū. qñ ipsi sciunt augmentat̄ i eis pena. qr eis nō p̄ficit vt de captiuo cui mittitur precium redemptionis ⁊ p̄ditur in mari. quādo ipse scit tristat̄ ⁊c̄. Idem de damnatis Ideo orando dicit ecclesia. Quia in inferno nulla est redēpcio miserere mei deus ⁊ salua me ¶ Dico quarto q̄ sanctum euangeliū declarat scripturalem ꝯfirmationē cū dicit thema habent moysen ⁊ p̄phetas scz scripturas legales dicit ⁊ p̄phetales. hoc ostēditur cum dicitur Rogo ergo te pater vt mittas ⁊c̄. vsq̄ in finem. videtur q̄ ex caritate loqueret̄ ne fratres sui damnarent̄ Solutio. Non est verū. sed ne eius pena augmentaretur. qr quāto plures sūt damnati tanto magis pena actualis eis augmentatur. Sicut gloria actualis in beatis. verbi grā. Si ticioni q̄ de se ꝯburitur addātur alij titiones magis conburitur. ⁊ si plures plus ardebit ⁊c̄. Nota Rñdit habēt moysen ⁊ p̄phetas audiāt illos. Nota ex h̄ maiorem esse auc̄tem sacre scripture. quā esset testimonium cuiuscūq; resurgentis. Ideo apl̄us. Licz angelus de celo euangeliset vobis aliud p̄terq̄ q̄ euangelisamus vobis anathema sit ad Galath̄. p̄mo. Unde apostoli qui mortuos suscitabant cum testimonio sacre scripture tamq̄ firmiori suā doctrinā confirmabāt. Tcadidi vobis in primis qd̄ ⁊ accepi s̄m scripturas dicebat apl̄s j. ad cor. xv. p̄pter h̄ in articulo resurrectionis dicitur. Et resurrexit tercia die s̄m scripturas. Ideo sequitur. Si moysen ⁊ p̄phās nō audiūt. neq; ⁊ si quis resurrexerit credūt ei. Et nunq̄d xp̄us suscitauit lazarū q̄ narrauerat multa de alio mūdo vt dicit aug⁹. ⁊ tñ nō credebāt sibi. A iudeis Immo dicit textus q̄ iudei cogitauerūt ipsum interficere ⁊ apostoli ⁊ sancti suscitauerant multos qui etiam multa retulerunt ⁊ narrauerūt de alia vita. Ideo indubitanter credendū est testimo

nio scripture vel scripturaꝝ sacrarum ⁊ determiacōibus vlis ecclesie ⁊ esset bonū videre bibliā. quia ꝯtra anrixp̄m cū aliis sentenciis nō poterim⁹ arguere nec rñdere. Et modo pauci curant de biblia. Intātum ꝙ iam verificat̄ illud Jeronimi ad paulinuꝫ ⁊ habet̄ in ꝓlogo biblie ca. vj. Quicq̄d dixerint ꝫ legem dei putant nec scire dignātur q̄d ꝓphe q̄d apostoli senserūt. Sed ad sensū suum incongrua aptant testimonia quasi grā desit ⁊ nō viciosissimū dicēdi genus damnare sentēcias ⁊ ad volūtatem suā sacrā scripturam retrahere repugnātem Ideo dicebat xp̄us scrutami scripturas in quib⁹ putatis vitam eternaꝫ habere ⁊ ille sūt que testimoniū ꝑhibent de me Joh. v. De eodem sermo secūdus.

In domo patris mei habeo quinq̄ fratres luce. xvi caplō ꝓ declaratōe hui⁹ verbi. Sciendū ꝙ tota vniuersitas creaturarū tā celestiū q̄ terrestriū d̄r dom⁹ dei. Rō qꝛ sicut i domo vel palacō regis supius sūt camere iferius vero est stabulū ꝓ iumentis. Et in fundo terre inferius est carcer ꝓ malefactoribꝫ. Ita etiā in domo dei Supius scꝫ in celo empireo sūt camere scꝫ nouez ordines angeloꝝ Ibi morant̄ amici xp̄i Supius aūt est xp̄s ⁊ virgo maria. dom⁹ vero iferior vbi morant̄ bestie ⁊ seruitores ⁊ clientes est iste mūd⁹ q̄ ꝓ bestiis fcūs fuerat. Sꝫ ex pctō ade de paradiso terrestri expulsi sumus hic exules Carcer vero ꝓ malefactoribꝫ in corde terre est scꝫ ifernus. Carcer ꝑpetualis. Ecce rō quare dicit̄ dom⁹ dei. qꝛ ip̄e ordīauit sua sapīa Auctas. Sapientia edificauit sibi domū scꝫ ad eius honorem ⁊ maiestatez excidit columnas septē ꝓuerb. ix. Nota excidit columnas septē. scꝫ septem gradus creaturarum. in quibꝫ fundatur mūdus quasi domus. scꝫ terra cū iumētis. aqua cū piscibꝫ. aer cū volucribus. ignis cū impssionibꝫ. celū cum planetis. Sexta est natura angelica. q̄ angeli sūt sub̄e pure spūales. Septima vero natura hūana. de ista domo dicebat baruch. O isrl' q̄ magna est domus dei ⁊c̄ baruch. iij. de ista domo dixit xp̄s. In domo patris mei mā̄siones multe sūt. Jo. xiiij. Nota mā̄siones multe. scꝫ tres p̄ncipales. Celū ⁊ terrā ⁊ iufernus. ⁊ in q̄libet istarū sunt multe mā̄siones. In celo nouē ordīes scꝫ angeli archāgeli ⁊c̄. In terra multe ꝓuincie. regna ⁊ coītates ⁊ ciuitates ⁊ ville. In inferno autē est sinus patrum sanctoꝝ vbi nullus est modo. limbus puerorū vbi nō est ignis nec demōes. locus purgā doꝝ. s. purgatoriū vbi ē ignis ꝫ nō demōes. loc⁹ dānatorū vbi sūt damnati. ptꝫ ḡ ꝙ tot⁹ mūd⁹ d̄r domus dei. de ista domo dixit thema. In domo p̄ris ⁊c̄. idest itra domū p̄ris mei habeo quiq̄ frēs Inuenio in hac domo quiq̄ fraternitates diuersis rōibus. scꝫ Fraternitas hūanalis. ⁊ ista venit ꝑ naturā. Fraternitas spūalis. ⁊ ista venit ꝑ gratiā. Fraternitas demoīalis. ⁊ ista venit per culpā. Fraternitas angelica ⁊ ista venit per amiciciā Fr̄nitas diuinalis et ista venit per misericordiam Ecce q̄re dicit thema in domo patris ⁊c̄. ¶ Dico p̄mo ꝙ habemus in hoc mūdo fraternitatē hūanalez que venit per naturā. Qui em̄ ab eodē patre ⁊ ab eadem matre sūt geniti. frēs sunt isto mō quotq̄t sumus ī in hoc mundo tam fideles q̄ infideles. ab eodem p̄re. scꝫ adam ⁊ ab eadem matre scꝫ eua sumus geniti Ideo frēs possumus dici In ꝫ singularitatē oñdit deus in hoībꝫ magis q̄ in angelis quia deus a p̄ncipio om̄es angelos creauit simul nec int̄ se hñt ꝯsanguinitatē ꝑentelā nec fr̄nitatē naturalē. nō est sic i hoībꝫ qꝛ a p̄ncipio solū creauit de⁹ masculū ⁊ feīam.

Gen̄ p̄mo. Masculū ⁊ feminā creauit eos benedixitq; deus illis ⁊ ayt. Cresci te ⁊ multīplicamī ⁊ replete terrā. Omnes procedimus ab ista radice. Ecce fraternitas naturalis ¶ Sed diceret aliq̄s et forte iam dicitis in corde vestro .q̄ ex masculo ⁊ femina ꝓcedant homines hoc nō est singularis excellencia hominū .q̄ etiā aīalia bruta procedunt a masculo ⁊ femina .q̄ ab inicio solum creauit deus masculum ⁊ feminam de animalibus scz leonem ⁊ leenā .eq.iū ⁊ equam .bouem et vaccam. ex quibus omnes alij descēdunt. ¶ Dico q̄ verum est hoc. sed hoc fuit singulare in hominibus. quia ab vno supposito scz adam procedimus omnes q̄ de illo formauit euam. Gen̄. secūdo Nō sic fuit de animalibꝰ. Modo licet h̄ sit certum. tñ auc̄tas deus qui fecit mundum ⁊ omnia q̄ in eo sunt ex vno omne genus hominū. Act. xvij. Moraliter ex hoc quia omnes sumus ex vno patre pz q̄ debemus habere maiorem vnitatem et pacem. q̄ angeli vel bestie. tñ cōtingit et est oppositum. q̄ angeli habēt pacem cū tamē sunt tot. q̄ inumerabiles. vt dicit scūs thomas in p̄ma ꝑte. q. l. arti. iij. q̄ sicut corpa celestia excedunt ista inferiora in quātitate cōtinua incōpabiliter Ita angeli excedunt ī quātitate discreta oēm numeruz creaturarum inferiorū. et tamē nunq̄ habent diuisionē nec guerrā Auc̄tas potestas ⁊ terror apd̄ eum qui fecit ꝯcordiam in sublimibus suis. Job .xxv. bestie in deserto viuunt in pace. leones inter se pacem habēt. lupi ⁊ vulpes et sic de alijs. ⁊ homīes nō possunt viuere in pace ī vna villa. nec i vno vico nec monasterio ⁊c̄. ꝯtra naturam faciunt q̄ frēs inter se naturaliter pacē hñt. Ideo legitur de abraham ⁊ loth qui in tantuz abundabant q̄ terra nō poterat eos capere ita q̄ iam inter pastores eorum erāt iurgia ⁊ iā loth ibat totus turbatus tūc dixit sibi abraham. Ne queso sit iurgiuz inter te ⁊ me ⁊ inter pastores meos ⁊ pastores tuos. fratres em̄ sum⁹ gen̄. xiij. ¶ Dico secūdo q̄ secūda fraternitas est spūalis que venit ꝑ graciam ista fraternitate solum xp̄iani sunt fratres. iudei vero vel alij infideles nihil attinent nobis. omnes aūt xp̄iani sunt frēs filij eiusdem patris īmediate scz ih̄u xp̄i. Nota q̄ omnes sumus filij regis ⁊ eiusdem matris. scz vniuersalis ecclesie. de⁹ habuit duas vxores Prima fuit synagoha ex qua genuit iudeos. sed dedit sibi libellum repudij iuxta legez q̄ dicit. Si accepit homo vxorem ⁊ habuerit eam ⁊ nō inuenerit graciam ante oculos eius. ꝓpter aliquam feditatem scribe libelluz repudij ⁊ dabit in manu illi⁹ ⁊ dimittit eam deut. xxiiij. Pocius fuit ꝓphetia q̄ mādatum. Ista lege vsus fuit deus inuenta macula infidelitatis ⁊ minus credencie in synagoga dedit sibi libellum repudij. de hoc ꝓphetia ad lrām hec dicit dn̄s deus tuus. Quis est hic liber repudij mr̄is nostre q̄ dimisi eam aut quis est creditor meus cui vendidi vos. Ecce em̄ iniq̄tatibus vestris venditi estis ⁊ ī sceleribus dimisi mr̄em vestram q̄ veni ⁊ nō erat vir scz qui reciperet me vocaui predicando scz ⁊ non erat qui audiret ysa. l. Deinde deus duxit aliam vxorem scz scām ecclesiaz de cui⁹ vtero scz fonte baptismali. generat filios ⁊ filias. Qui de alto mittit semen per os sacerdotis. Semen est verbum dei. s. forma baptismi. Et post baptismum potest dici natus est homo in mundum ⁊ sicut virgo ꝯcipit ⁊ etiā virgo parit Ecce qualiter nos xp̄iani habemus istam fraternitatem spūalem ante baptismum sumus filij ade. sed post baptismuz sumus filij ih̄u xp̄i. ꝓpter hoc dicit xp̄us xp̄ianis omnes vos frēs estis ⁊ prēm scz generalem. nolite vocare vobis super terram vnus em̄ est pater vester qui in celis est.

Mathei.xxiij. Nota omnes vos fratres estis qꝛ de adā estis filij ⁊c̄. Ideo venit quidā pauper ad regē francie dicens sibi ꝙ secū diuideret hereditatez. quia frater suus erat. de eodē patre ⁊ matre. scilicet adā ⁊ eua. cui rex dedit vnū denariū di. ꝙ tot fratres habebat. ex illo patre ꝙ si cuilibet daret tantū nihil sibi remaneret. videte q̄lem caritatē dedit nobis deus pater vt filij dei nominem̄ ⁊ sum⁹. p̄ma iohāuis.iij. ¶ Moraliť habebim⁹ h̄ doctrinā ꝙ debem⁹ cauere a iurgijs guerris ⁊ diuisionib⁹ ⁊ sicut spūaliter sum⁹ geniti. tenemur etiā spūaliter diligere omēs Sunt multi q̄ dicunt nō nocerē ei ꝫ non dicerē sibi verbum. nō possum sibi loqui nec corde possum ipsū diligere nihil valet hoc. oportet si vultꝫ salui fieri ꝙ odiū rancor ⁊ mala voluntas cordis expellať. quia nō est nisi venenū qđ animā occidit Nota de quodā mercatore qui venit ad magistꝝ vincentiū dicens. ¶ Noueritꝫ ꝙ fui defraudat⁹ a sartore meo tanta pecunie q̄ntitate ⁊ fugit ꝓpter qđ ego odiui eū in tantū ꝙ si possem eū inuenire cū dentibus occiderē eū ⁊ ista q̄dragesima fui cōfessus ⁊ null⁹ cōfessoꝝ voluit me absoluere dicunt ꝙ debeo sibi ꝑcere. pať quid dicitꝫ vos. Cui rn̄dit magister vincētius Si nō vultis sibi ꝑcere ꝑcatis vobisipsi ⁊ pať hoc nō intelligo. Rn̄dit magister. dicatis odiū qđ habetꝫ in corde cui nocet illi vel vob. nō illi. qꝛ comedit bibit ⁊ delectatur. ꝫ vobis qꝛ animā vestrā occidit Rn̄dit ille. nunc cognosco ꝙ sit stulticia habere odiū ꝯ alium. Nunq̄d esset bona vindicta ꝯ inimicū bibere vnā taceā pocionū venenataꝝ vt interficeret te. Idē est de odio ꝓpter hoc dicebat beat⁹ iohānes. hoc mādatū habem⁹ a deo vt q̄ diligit deū diligat ⁊ fratrez suū. p̄ma Iohis q̄rto. ¶ Dico tercio ꝙ tercia fraťnitas ē demonialis ⁊ ista venit ꝑ culpā ⁊ peccatū ⁊ ista est mala. Ab inicio postq̄ de⁹ creauit angelos inter q̄s lucifer erat maior vt dicit gregorius ꝙ fuit nobilior ⁊ maior. Qui respiciens īferius vidit oēs creaturas dei ⁊ ꝙ ipse essz alijs maior Habuit vanā gloriā ⁊ eleuatis oculis cognouit sup̄ se maiorē. scz deū ⁊ voluit ei equiparari ⁊ hoc reuelauit omnib⁹ angelis ⁊ multi tanq̄ adulteri ⁊ ꝑiuri ⁊ infideles consenserunt sibi ꝫ michael contradixit ⁊ gabriel ⁊ raphael ⁊ alij boni tūc expulsi fuerunt de celo empyreo lucifer ⁊ sui dicēte deo. Nō habitabit in medio dom⁹ mee q̄ facit superbiā. Et ceciderunt de celo ⁊ facti sunt demones. Ecce q̄d est demon. angelus q̄ ex peccato cecidit. Dyabolus est ꝓprium nomen luciferi. hoc nomē sathanas est nomen cōmune demonuz. lucifer a p̄ncipio duxit vxorē clamdestine scz in obedientiam ex q̄ generabit. Mille milia milies de filijs. quis posset numerare. q̄t angeli sibi ꝯsenserunt ⁊ cottidie homines īobedientes in mundo de eadē vxore generat filios quādo facit aliquē peccare ⁊ facere cōtra mandatū dei. talis est filius dyaboli. verbi grā quādo ponit in corde tuo vt induaris sic vt talis vel ꝙ habeas officiū ville ⁊c̄. ꝓuocando te ad superbiā ⁊ tu consentis sibi cōtra dei mandatū qui p̄cepit tibi humilitatē. Idez de auaricia. Idē de luxuria. Idē de ira ⁊ tu cōsentis contra obedientiā facis. filius es dyaboli talib⁹ dt xp̄s. vos ex patre dyabolo estꝫ ⁊ desideria patris vestri vultꝫ facere Iohannis.viij. Ideo ꝯn̄ter demones filij dyaboli habent fratres. Qui mollis est id est negligens ⁊ dissolutus ī opere suo facere sua opera dissipantis id est demonis. ꝓuerbioꝝ.xviij. Cuius ꝯdicio est ꝙ si facit aut dicit aliquid de genere bonoꝝ semp illud retorquet in malū. Nota de illo heremita cui demon apparebat in forma boni angeli. surge ad laudandū deū. ⁊ aliquociens portabat sibi lumen. Aliquando dicebat sibi talis nauis submer-

sa est. ora ꝓ animabꝫ que sunt in purgato
rio ⁊ similia est tantũ ꝙ ille firmiter cre-
debat ipsum angelũ bonuꝫ quia non nisi
bona sibi dicebat. Semel autẽ ostendit
sibi visionẽ quia videbat celũ apertũ supe
rius ⁊ infernũ ĩferius dicens sibi nisi effi
ciaris iudeus nõ poteris celũ intrare ĩmo
ad infernũ te oportet descendere, ꝓpter ꝙ
ille fuit effectus iudeus. ⁊ consequẽter
dãpnatus fuit. Ecce q̃liter dissipauit bo
na q̃ ꝑus fecerat. Itẽ de istis q̃ recurrũt
ad demones vt inueniant qd̃ perdiderũt
Si forte ĩueniunt. tamẽ ex alia ꝑte per-
dunt animã. Itẽ ꝓ sanitate recuperãda
recurrunt quidã ad demones qd̃ fac en-
do perdunt animã. Ecce q̃re dicit. Qui
mollis ⁊c̃. Moralit̃ hic contra diuinos
⁊ sortilegos ⁊ caueatis ne recurratis ad
eos. sed ad xp̃m dominũ. ꝓpter hoc dice-
bat ꝓphta. vnusquisq̃ in oĩ frẽ suo non
habeat fiduciã quia oĩs frat' supplantãs
subplantabit̃. Ihremie ix Dico
quarto ꝙ est alia fraternitas scꝫ angelical'
~~lis~~ que venit per amicitiã. Quẽadmodũ
dicit̃ de duobꝫ amicis simul stantibꝫ col-
medentibꝫ ambulantibꝫ ⁊c̃. fratres sunt
Nunq̃ fuit tanta amicitia inter aliquos
duos amicos sicut est sanctoꝝ angeloꝝ
ad nos. intantũ ꝙ qñ mulier debet ꝑere
deus vocat vnũ angelũ cui cõmittit illã
creaturã. de quo angelus regraciat̃ deo.
⁊ statim descendit ⁊ hominẽ in suã custo
diam recipit. de qua materia vide sanctũ
thomã ꝑma parte questione. cxiij. articl'o
q̃nto. Auctoritas. Angelis suis manda
uit de te vt custodiãt te in omnibus viis
tuis. Unde dicit Ihronimus. Magna
est dignitas animaꝝ vt vnaqueq̃ ab or-
tu natiuitatis habeat angelũ ad custodiã
deputatũ ⁊ nunq̃ dimittit creaturã vsq̃
morit̃. De hoc vide sanctuꝫ thomã ꝑma
parte questione. cxiij. articulo. vi. vbi d̃t
ꝙ angelus custos nunq̃ totaliter dimit-
tit hominẽ ꝫ ad aliquid interdũ eũ dimit

tit ꝓut scilicꝫ non impedit quin subdatur
alicui tribulacioni vel etiã quin cadat in
peccatũ ꝫm ordinem diuinoꝝ iudicioꝝ.
Idẽ dicit in solucione ad terciũ argumẽ
tum eiusdẽ. vi. articuli ꝙ angelus ⁊ si in-
terdum derelinquat hominẽ loco. non ta
men derelinq̃t eum quantũ ad effectum
custodie quia etiã cũ est in celo cognos-
cit quid circa hominẽ agatur neq̃ indiget
mora tẽporis ad motũ localem ꝫ statim
potest adesse Modo cogita quãdo facit
aliqd̃ peccatũ q̃d dicit angelus. O ꝓdi-
tor ⁊c̃. Ideo bernardus. Noli ꝑsente an
gelo facere ꝙ me ꝑsente facere non aude
res quia nec furtũ luxuriã ⁊c̃. de isto fra-
tre dicit scp̃tura. Frater scꝫ homo q̃ ad-
iuuatur a fratre scꝫ angelo quasi ciuitas
firma. ꝓuerbioꝝ. xviij. Ciuitas enĩ fortis
⁊ firma habet septꝫ condiciones. ¶
Prima ꝙ sit alta. istam condicionẽ dat
angelus custos. quia eleuat mẽtẽ ad deũ
ad desiderãdũ celstia Reuersus est ange
lus qui loquebatur in me ⁊ suscitauit me
q̃si virũ qui suscitat̃ a sõpnio Zacharie. x
¶ Secunda ꝙ sit murata hoc facit an
gelus quando inducit ad obseruantiã de
cem ꝑceptoꝝ. Dicant̃ breuiter muri sũt
anime. turres sunt ꝟtutes. ¶ Tercia
ꝙ habeat fortalicia ⁊ hoc per obseruanciã
consilioruꝫ euuangelij. ¶ Quarta ꝙ
habeat fossatũ. hoc idem dat angelus qñ
inducit ad humilitatẽ vel ad cogitandũ
penas ĩferni ¶ Quinta ꝙ habeat escas
hanc condicionẽ etiã dat angelus indu-
cendo custoditũ ad audiendũ missas ser
mones confitenduꝫ ⁊ cõmunicandũ ⁊c̃.
¶ Sexta ꝙ habeat arma ⁊c̃. Arma
sunt oraciones. ieiunia. elemosine ⁊ oꝑa
penitencialia. ¶ Septima ꝙ habeat
bellatores q̃ sũt oꝑa misericordie Et q̃
ista septẽ habemus a bono angelo indu-
ctiue. Ideo dicit̃ ciuitas firma. Morali
ter instruimur hic vt quilibet suo angelo
faciat aliquam oracionẽ. Sicut quilibet

In octaua corporis christi Sermo

vestrꝫ recipit aliquē scm̄ vel scām in aduocatū q̄ forte ex vr̄is pctis modicū curat de vob̄ Jō angelo q̄ ꝯtinue curat de vob̄ est fienda oracio q̄libet mane ⁊ sero genibus flexis dicendo. Angele q̄ meus es custos pietate superna Me tibi cōmissū salua defende ⁊ guberna. Amen. ¶ Dico ꝙ quinta fraternitas est diuinalis que vel..t per miseri cordiā. ⁊ ista est omnibus alijs melior. quia deꝰ creator omnium factus est frater noster in benedicta incarnacione similis nobis factus. Caro enī ⁊ frater noster est. Gen̄. xxxvij. Jdo dicit apostolus. Qui sanctificat scꝫ per baptismū ⁊ penitenciā ⁊ qui sanctifiatur ex vno omnes ꝓpter quā causā non confundit̄ fratres eos vocare dicens. Nunciabo nomen tuū fratribus meis. Ad hebreos. ij. Jdeo sciens salomon spū ꝓphetie ꝙ filius dei debebat īcarnari ⁊ nasci de muliere ⁊ lactari ac si iā ipsum videret p̄sencialiter dicebat sibi. Quis mihi det te fratrē meū sugentē vbera matris vt inueniam te solū foris ⁊ deosculer te ⁊ iā me nemo despiciet Canticoꝝ. viij. Jdo apostolus. Quos p̄sciuit supple deus pater ⁊ p̄destinauit conformes fieri ymaginis filij sui vt sit ipse p̄mogenitus in multis fratribꝰ. Ad romanos. viij. ¶ Moraliter faciamꝰ ꝙ sicut sumꝰ fratres xp̄i in hac vita. simus etiā fratres sui in gloria. Amen. Deo gracias

¶ In octaua corporis xp̄i vel infra octauas. Sermo.

Accipite ⁊ manducate hoc est corpus meū ⁊c̄. Verbū istud habet̄ textualiter. p̄ma ad chorinth̄. xi. Et officiat̄ in epistola hodierna. Scitis hodie ē octaua corporis xp̄i ⁊ sancta mat̄ ecclesia facit totū officiuꝫ vt in die. Jdeo de isto sancto sac̄mento altaris volo vob̄ declarare aliq̄s mag̃s vtilitates quas ex eo habemus ad ꝓuocandū corda vestra ad deuocionē. Sed p̄mo salutet̄ virgo maria ⁊c̄. Sanctū sacrificiū altaris dicit̄ eukaristia grece. ab eu qd̄ est bonū ⁊ karis gracia. quasi bona grā. quia multas ⁊ innumerabiles grās ⁊ vtilitates habemus ex ipso sac̄mento plusq̄ ab alijs sac̄mentis ⁊ amore vestri Modo dicā q̄nq̄ vtilitates p̄ncipales.

Est enī viaticū spūale
Medicamentū vniuersale
Sacrificiū indulgenciale
Sacramentū p̄ncipale
Societas celestialis

In hijs ostendit̄ vtilitas. Jdeo dt̄ thema. Accipite ⁊ mādūcate hoc est corpꝰ meū ⁊c̄. ¶ Dico p̄mo ꝙ eukaristia vel hostia ꝯsecrata est viaticū spūale sic est ꝙ nulla creatura viuens siue sit corporalis siue spūalis poterit diu durare ī esse siue viuere sine cibo. de creaturis corporalibus racio est naturalis. quia calor consumit humidū radicale vt dicunt phisici sicut enī aqua ad ignis calorē consumit̄ ⁊ deficit. Jta est de humiditate corporis in qua vita consistit calore consumit̄ ⁊ deficit nisi addatur humiditas comedēdo ⁊ bibendo ⁊ cōmuniter in meridie magl̄ appetimus cibum ⁊ potū quia maior est calor interior ⁊ exterior. Jtē de angelis q̄ sunt creature ⁊ substācie pure spūales. Dico ꝙ etiā non possunt viuere ⁊ ꝑmanere sine cibo Rō quia nullus eoꝝ habet vitā ⁊ duracionē a se. Jdeo de mensa dei q̄ est essencia diuina recipiunt escas que non possunt dici nec cogitari ⁊ de illis viuunt Auc̄tas. dixit angelus raphael thobie q̄ videbat̄ eis comedere ⁊ bibere corporali cibo ⁊ dimittēt eos in errore dixit cū essem vobiscū per voluntatē dei videbar quidē vobiscum mādūcare ⁊ bibere. Sꝫ ego cibo īuisibili ⁊ potu q̄ ab hominibus videri non potest vtor Thobie. xij. Fiat ergo Rō Si creature pure corporales vt iumēta ⁊ pure spūales vt angeli

In octaua corporis christi Sermo

indigent cibis vt dictū est. Quid dicemꝰ
de homine q̄ habet vtrūq̄. Est enī corpo
ralis quantū ad corpus. ⁊ spūalis q̄ntū
ad animā similis angelis. Ergo indiget
duobꝰ cibis scz cibo corporali ad susten
tacionē corporis ⁊ cibo spūali ad susten
tacionē anime. Ideo statim postq̄ deꝰ
creauit adā ⁊ euā ꝓuidit eis de escis cor
poralibꝰ dicens eis. Ecce dedi vobꝰ om
nem herbā afferentē semen sup terrā ⁊
vniuersa ligna scz fructifera q̄ habent in
semetipsis sementē generis sui vt sint vo
bis i escam. Gen̄. p̄mo. Ita q̄ a p̄ncipio
⁊ bene ꝑ mille ⁊ q̄ngentos ānos post. so
lum comedebāt fructꝰ gentes ⁊ bibebant
aquā ⁊ illa tunc dabant maiorē fortitu
dinē q̄ modo capones galline ⁊ vinum.
Deinde post diluuiū qd̄ multū deterio
rauit arbores plantes ⁊ aquā. ita q̄ ꝑdi
derunt magnā partē v̄tutis. videns deꝰ
q̄ fructꝰ ⁊ aqua nō esset cibus ad susten
tandū naturā humanā concessit licentiā
comedendi carnes pisces dicēs. Omnes
pisces maris manui vestre traditi sunt ⁊
omne q̄ mouet̄ ⁊ viuit erit vobis in cibū
Gen̄. ix. Et concessit licentiā bibendi vi
num. Et tunc noe incepit exercere terraz
⁊ plantauit vineā. Deinde venit tēpus
moysi in q̄ deus de cunctis mundi populis
elegerat iudeos. de q̄ populo debebat nasci
filius dei s̄m humanitatē ⁊ tunc deus re
strinxit escas illi populo. vt patet Leui. xi
Precipiēs eis ne comederēt aīal qd̄ nō
ruminat nec diuidit vngulā. Ideo nō co
medunt porcū qr licet diuidat vngulam
tn̄ nō ruminat nō diuidit vngulā. Idem
de lepore. Itē de volucribꝰ p̄cepit eis ne
comederent aquilā. grifonē. falconē ⁊c̄.
Itē de piscibꝰ q̄ nō comederēt piscē nisi
haberet pēnulas ⁊c̄. Ideo nō comedunt
anguillā marinā ⁊c̄. Sed quare deus p̄
cepit hoc iudeis ⁊c̄. Responsio quia de
illo populo debebat nasci messias. ꝓpter
q̄ deus fecit vt fit cōmuniter de filio re
gis. quia eius nutrici dantur certe esce. de
consilio medicoꝝ non amore sui. s̄ filij re
gis vt sit bene cōplexionatus. Et p̄cipit̄
nutrici vt abstineat a ceteris cibis vel escis
que sunt male cōplexionis. Ita fecit deꝰ
de gente iudaica de qua nasciturus erat fi
lius regis scz xp̄s. voluit deus vt abstine
rent a cibis viscosis ⁊ male complexionis
Sed exquo iam filius regis iam nō indi
get nutrici ipsa potest comedere ad libitū
quicq̄d vult ⁊ placet sibi. Ideo nos mo
do nō abstinemꝰ ab illis escis. quia om
nis creatura dei bona ⁊ nihil reiciendum
quod cū graciaꝝ actione percipit̄ sanctifi
catur enī per verbū dei ⁊ oracionez. p̄ma
ad Thimotheū. iiij Ecce qualiter deus a
p̄ncipio vsq̄ modo ꝓuidit nature huma
ne de cibis corporalibus s̄m diuersa tem
pora. hoc totum dicit dauid in quadā au
ctoritate. Oculi omniū in te sperant do
mine ⁊ tu das escam illoꝝ scz corporalē
in tp̄e oportuno. psalmo. cxliiij. Tamen
non inuenietꝰ q̄ ante aduentuz xp̄i deus
dederit escā seu ꝓuisionē spiritualē. Cor
pora enī erant robusta ⁊ anime erant de
biles intantū q̄ omnes cadebant in infer
no quantūcunq̄ essent sancte nō poterāt
se tenere q̄n illuc caderent. de hoc dauid.
Quis est homo qui viuet ⁊ non videbit
mortē scz corporalē ⁊ eruet animā suā
de manu īferi quasi dicat nullus. psalmo
lxxxviij. Qr autem iste defectus procede
ret ꝓpter defectum cibi spiritualis patet
dauid dicente. Esurientes scz cibum spi
ritualem ⁊ sicientes. anima eoꝝ in ipsis
defecit. psalmo. cētesimo sexto Sed venit
christꝰ filius dei qui ordinauit cibū spiri
tualem pro animabꝰ scilicet hoc sanctum
sacramentū eukaristie. Non credatis q̄
ista esca sit corporalis nec vadat in sto
machum ꝓ digestione vt dicunt stulti iu
dei q̄ huiusmodi cibus emittatur per se
cessum. Sed est cibus spūalis qui in sto
macho anime in corpore humano posita

scz memoria recipit digestionē igne de uotionis ⁊ dat vitā anime intantū q̄ qñ anima exit a corpore nisi peccata ipediant ducat secū animā ad celū. Ideo dr scūs Thomas in tercia pte q̄ puer vnius diei etiā baptizatus nō potest habere paradi sum nisi cōmunicet. De hoc vide sanctū Thomā tercia parte. q. lxxiij. arti. iij. quo querit vtz sacmentū eukaristie sit de ne cessitate salutis. Q dicereti vos ⁊ q̄modo posset communicare. Modo audite pul chram speculacionez qñ vos comeditis solum vnū membz scz os comedit ⁊ tñ ex illo cibo oia mēbra refocillāt ⁊ fortifi cantur manꝰ ad operandū pedes ad am bulandū. oculi ad videndū aures ad au diendū ⁊ sic de aliis partibz tā interiori bus q̄z exteriorib. Ita tota vniuersalis ecclesia est vnū corpus cuiꝰ caput ē xp̄s oculi doctores. aures iudices ⁊ confesso res. os sacerdotes. manꝰ milites qui ha bent defendere. venter ciues ⁊ mercato res nbie mechanici pedes q̄ terrā tangūt sunt agricultores. Sicut enī in vno cor pore multa mēbra habemꝰ omnia autez membra non eundem actum habent ita multi vnū corpus sumꝰ in xp̄o. Ad ro manos. xij. Et sicut os comedit p omni bus membris. Ita sacerdos p omnib xp̄ianis spiritualit. Sed oportet ad mi nus q̄ q̄libet in anno cōmunicet sacmen taliter de adultis. x. vel. xij. annis sup Et quādo pueri baptizant efficiunt mēbra corpis ecclesie. Ideo pro cōmunicatis habent. ¶ Moralit cogitate q̄ pecca tum est nolle cōmunicare. si pueri inno centes non possunt saluari sine cōmunio ne. q̄d erit de magnis. Ideo multi dam nantur quia nō cōmunicant in pascha te. Qui in hoc mundo nō vult xp̄m recipe cōmunicando. nunq̄z a xp̄o recipiet in ce lo. Auctoritas. amen. i. secure. amē. i. ve re. dico vobis nisi mānducaueritis carnez filij hois ⁊ biberitis eius sanguinē non ha bebitis vitā in vobis ⁊c. Johis. vi. Non habebitis vitā scz grē in hoc mundo nec glorie in alio. ¶ Dico scdo q̄ hoc sacē mentum sanctū est medicina vniuersalis nō solum cibus est ꝫ medicina. Pro cuiꝰ declaracione sciendū q̄ oēs infirmitates corporis ⁊ aie ex cibo veniūt scz ade ⁊ eue Infirmitates corporis sicut sunt febres dolores ⁊c. Infirmitates aie vt sunt ꝑnitas ad malū ⁊ difficultas ad bonū. male cogitacōnes. mala desideria ⁊ peccata omnia ista venerūt ex comestione cibi de titi quia alias nullus fuisset infirmus nec in corpore nec in aīa. iste cibus fuit porta omniū malorꝝ Ideo dr. Mala mali ma lo. mala contulit omnia malo Mala id est eua. mali. i. ade. malo id est pomo. cōtulit omnia mala. malo. i. mundo. Q dixit xp̄s Si tantū sciuit facere dyabolꝰ q̄ de fructu duxit omne malū. Ego ostē dam sapiam meaz ⁊ ordinauit q̄ de fructu faceret medicinā. vnde veniret om ne bonū ⁊ fecit se fructum in arbore vite scz virginis marie. Cui dr benedictꝰ fru ctus ventris tui. Ideo de hoc cantat eccle sia. hoc opus nostre salutis ordo ⁊c. Con struitur sic. Ordo salutis nostre poscebat hoc opus vt ars. i. sapia xp̄i artē scz dya boli multiformis ꝓditoris falleret. Et medelā. Ecce medicina ferret inde. scz ex fructu. Unde hostis leserat Ideo ista benedicta medicina dat sanitatē anima bus illoz qui deuote cōmunicant. Pri mo dat sanitatē in intellectu contra erro res ⁊ falsas opiniones fidei. In voluntā te cōtra mala desideria. In memoria cō tra obliuiones beneficiorꝝ dei vel contra desiderium vindicte. dat etiā sanitatē ori ad vitandū mendacia falsa iuramēta ⁊c. Manibus ad vitandum furta vsuras ta ctus ⁊c. gutturi contra excessum cibi ⁊ po tus. ⁊ generalit omnib membris Item curat infirmitates corporis. nā si infirmꝰ cōmunicat deuote ⁊ sanitas corporis nō

sit nociua aīe. hoc sac̄mentū dabit sibi sa
nitatem. alias nō debet appetere sanitatē
Altissim⁹ creauit de terra medicinam ⁊
vir prudens nō abhorrebit eā. Nonne a
ligno indulcata est aq̄ amara. ad agnicio-
nē hoīm v̄tus illoꝝ. Et dedit ⁊c̄. Ecc̄i.
xxxviij. Nota altissimus de terra scz cor-
poris sui quod est formatū in vtero vir
ginali. de terra ab adā descendēti ⁊ vir sa
piens nō abhorrebit eā. Alique medici-
ne dant fastidiū ⁊ abhominacionē vt pil
lole. Sed prudens medicus cooperit ne
videatur color nec senciat̄ sapor ⁊ sic in-
firmus recipit. Ita fecit xp̄us. comedere
enī carnes hominis valde abhominabile
est. Ideo cooperuit in hostia ne videatur
⁊c̄. Ideo dicit altissim⁹ ⁊c̄ de hoc vide
sanctū thomam .iij. pte .q.lxxv .ar. v. vbi
dicit ꝙ sensu apparet. facta consecracōne
omnia accidētia panis et vini remanere
quod quidē rōnabilit̄ fit. Et dat ibi tres
rationes. q̄rū p̄ma iā dicta est. Quia nō
est consuetū hōibus s̄ horribile carnem
hominis cōmedere ⁊ sāguinē bibere ꝓpo-
nūt̄ nobis caro ⁊ sāguis sub spēb⁹ illo-
rum. que frequētius in vsū hoīs veniunt
scz panis et vini Alias duas rōnes ad
idē scūs tho. ibi s̄ ponit q̄s videre poterl
¶ Moralit̄. iā scitis ꝙ qui debet recipe
purgacionē p̄us facit dietā ⁊ p̄paratori-
um cū syropo. Ita qui debet cōmunicare
p̄mo confiteat̄ ⁊ seruet dietā sibi datam
a medico aīe. deinde recipiat syropū dul-
cem. que sunt deuote orōnes. dulce esset
militi ꝙ qn̄cunqz vellet loqui posset regi
vel pape de syropo autē recipiunt̄ tria co
clearia cū aqua calida mane ⁊ sero. Ita
debet esse certus numer⁹ de pater noster
⁊ aue maria ⁊c̄. Aqua calida sunt lachri
me. si deus dat lachrimas ⁊ post recipit̄
purgacio. i. corpus xp̄i. Quid hoc effica-
cius sac̄mento quo purgant̄ peccata au-
gentur v̄tutes ⁊ mens omniū sp̄ualium
habundancia impinguat̄. ¶ Dico ter
cio ꝙ est sacrificiū indulgenciale nō solū
sacerdoti celebranti sed etiā omnibꝫ mis-
sam deuote audientibꝫ. hoc declaratur sic
Inuenio ꝙ xp̄us in vita sua dixit duas
missas. vnā secrete. ⁊ aliā solennit̄ in pon
tificalibus cū ministris. Secrete celebra
uit feria q̄nta in cena dn̄i p̄sentibꝫ aposto
lis. tunc enī ordinauit sacrificiū hoc ⁊ cō-
municauit se. de q̄ vide sanctū tho. iij. pte
q. lxxxi. arti. p̄mo. ⁊ etiā cōmunicauit apo
stolos dicēs. Accipite ⁊ comedite hoc ē
corpus meū qd̄ ꝓ vobis scz celebrantibꝫ
⁊ ꝓ multis scz missaz audientibꝫ tradet̄
in remissionē peccatoꝝ. Mathei. xxvi. pa
tet q̄modo in missa secreta dat̄ remissio
peccatoꝝ Scd̄am missā celebrauit solen
niter in pontificalibꝫ in die veneris sancta
altare fuit crux. mitra fuit corona spinaꝝ
Annuli in manibꝫ fuerunt claui. Sanda
lia in pedibꝫ claui. Casula rubea de sang-
uine suo. Bacul⁹ lancea. latro dyaconus
a dextris. Subdyacon⁹ latro a sinistris.
Accoliti virgo maria ⁊ iohānes euuan-
gelista. Ideo quādo p̄latus dicit missā
solenniter totidē cantat ⁊ sacrificauit seip
sum. Ecce qualit̄ dixit missam solennem
quia missam dicere nihil aliud est q̄z cor
pus xp̄i sacrificare Et i missa solenni dan
tur indulgencie ⁊ remittunt̄ peccata deuo
te audientibꝫ quia dicit lucas. Omnis
turba eoꝝ q̄ simul aderant ad spectacu-
lum istud ⁊ videbant que fiebant ꝑcuciē
tes pectora sua reuertebant̄. Luce. xxiij.
Ideo dicit ꝓpheta dauid in psalmo. deus
deoꝝ dominus locutus est Audi popule
meus ⁊ loquar israhel ⁊ testificabor tibi
deus deus tuus sed per incarnacionez est
noster ego sum Non in sacrificijs tuis ar
guam te scz de peccatis. Racio holocau-
sta autem tua in conspectu meo sunt sem
per. psalmo. xli. ¶ Moraliter ergo
est missa audiēda deuote in quolibet die
festiuo ⁊ dominico que deuote auditur.
Seruatis quatuor condicōnibꝫ. Prima

Quia si ī creaturis corruptibilibꝫ nō dimittit aliq̄d īpfectū. multo minꝰ in īcorruptibilibꝫ creaturis, ꝓpter h̄ creauit genꝰ humanū ad supplendū ⁊ ꝯplendū ⁊ repandū defectū angeloꝝ. istā rōem assignat mg̅r sn̄iaꝝ in. ij. di. j Et quia sunt multi q̄ nolūt ire licz nō dicāt ore. ostēdūt ⁊ dicūt tn̄ opē. male viuēdo Ideo q̄d facit xp̄s dicit michaheli p̄ncipi ecclesie Cōpelle ītrare vt īpleat̄ domꝰ mea. Videt̄ g̅ ꝙ multi violenter vadant ad gloriam. Nota tres modos quibꝫ hoīes vadūt ad celū. Aliqui vadūt currendo vigorose. Alij vadūt ambulādo spaciose. Alij vadūt tracti rigorose ¶ De his loquit̄ thema. cōpelle intrare ⁊c̄. ¶ Dico p̄mo ꝙ aliqui vadūt ad paradisū currēdo festinanter. Currere em̄ est magnos passus festiant̄ facere. qd̄ īcludit duo. s. facere magnos passus. scd̄o ꝙ fiāt velociter alit̄ nō esset currens. Currēdo igit̄ vadit ad paradisum q̄ facit magna opa. s. magnas orōes ieiunia elēosinas. audire missas sermōes ⁊c̄. quāto opa sūt maiora. tāto sūt passus maiores. Oz nō solū magna opa facere ⁊ currere. s̄ qn̄ bona opa sunt magna ⁊ multa ⁊ fiūt cū ardore spūs ⁊ feruore ⁊ diligencia. tūc talis currit festinant̄ ad paradisū. Aplus Festinemus g̅ ingredi in illaz req̄em ad hebꝰ. .iiij. Currēdo g̅ ⁊ festinant̄ vadit ad paradisum p̄sona q̄ nō solū seruat penitēciā sibi iniūctam a ꝯfessore. sed adhuc addit et nō solū in dn̄ica audit missam ꝯpletā et deuote cū silencio. s̄ q̄libet die. Non solū ꝯfitetur semel ī anno. sed q̄libet mēse. Idē de coīone. nō solū seruat ieiunia ecclesie sed adhuc plus facit. nō soluz restituit. s̄ ymo de suo dat elēosinas. Talis p̄t dicere cū dauid q̄ fortit̄ currebat viā mandatoꝝ tuorū cucurri cū dilatasti cor meū. p̄s. c. lxxx. Qn̄ talis morit̄. aīa stati euolat ad celū. cū tn̄ sint tot dicte. ꝓpter h̄ sacra scriptura monēs nos ad currendum festinant̄ dicit. deponentes omne pōdus ⁊ circūstans nos pctm̄ p paciam curramꝰ ⁊c̄. ad hebꝰ. xij. Nota h̄ secreta moralia deponētes oē pondus Cursor q̄ vult brauiū siue signū obtinere depoīt om̄e pondꝰ Ita ille q̄ currit ad celū si vult lucrari iocale glorie oz ꝙ deponat pondus pctōꝝ qd̄ multū aggr̄uat aīam. dauid. Qm̄ iniq̄tates me supgresse sūt ⁊c̄. p̄s. xxxvij. Scd̄o ⁊ circūstans nos pctm̄ scz auaricie an̄ retro a dextris a sinistris. qd̄ pctm̄ deponendū est s̄m q̄tuor modos restitucōis ad ꝓximū. An̄ dz fieri restitucio qn̄ vsura cꝰuis sit generl vel spēi est notoria ⁊ clara. retro qn̄ est colorata sicut illa q̄ sūt retro nō bene vident̄. Sic qn̄ dr̄ diuiti mihi tm̄ p̄stabitis ⁊ ego q̄libet anno rn̄ debo vobis tm̄ cēsus. Ecce h̄ vsura colorata. cēsualia bona sūt duabꝫ ꝯdicōibꝫ ꝙ sit vera ⁊ realis emptio ⁊ vēdicio. ⁊ ꝙ p̄ciū sit iustū ꝙ videt̄ esse maius p̄ciū qd̄ currit in pr̄ia. A dextris est restitucio q̄ dz fieri p laboratores. q̄ fraudulent̄ ꝯplent dietā Iornale ⁊ pētūt tm̄ solariū qr sicut dn̄s dānaret̄ nisi solueret solariū. ita dānat̄ q̄ recipit solariū ⁊ nō fecit iornale ꝯpletū vadunt tarde ⁊ veniūt ꝓ tp̄s vt dormiūt ⁊c̄. A sinistris est restitucō q̄ dz fieri de fama ⁊c̄. si aliquē diffamstl qr nū q̄z int̄bitis paradisum nisi reuocetl. Ecce q̄re dicit circūstans nos pctm̄ tenēs fortiter qr nullꝰ restituit. Tercio p pacienciā curramꝰ qr tal' est hodie mūdꝰ ꝙ homies mūdani deridēt illos q̄ currūt ad paradisū festinant̄. aspiciētes ih̄m q̄ in cruce hūit īfinitā paciam ad īiurias sibi dictas Iō apl's Sic currite vt ꝯp̄hendatl .j. ad cho. ix. ¶ Dico scd̄o ꝙ aliq̄ vadūt ad paradisū eūdo spaciose. sicut sunt persone mūdane que nō fecerunt amplius nisi quātum obligantur ex preceptis dei. quia alias nisi seruarēt dei precepta modo irent ad paradisum s̄m regulam xp̄i. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Math. xix. Tales multū tardant ī via

qꝛ nihil amplius faciũt verbi grã. Si dicit̃ alicui de talibꝫ in aliq̃ die feriali scꝫ. vadamus ad missaꝫ Rñdet nõ faciam qꝛ nõ obligoꝛ nisi in die festo Idem de Ieiunio in sexta feria nõ obligoꝛ nisi ad ieiunia ecclesie. solũ cõfitent̃ semel in anno ⁊ coicant. seruãt penitenciã datã a cõfessoꝛe ⁊ nihil plus. soluũt bene decimas et p̃micias ⁊ solariũ seruientibꝫ sed non curãt facere magnas eleõsinas. Tales finalit̃ ibũt ad ꝑadisum. sed tardabũt in via. Et possunt dicere xp̃o verbũ ꝙ dixit Esau fratri suo p̃cedat dñs ante seruũ suũ. ⁊ ecce ego seq̃r paulatim vestigia eius Geñ. xxxiij. Nimis cõstabit huius moꝛositas qñ in penis purgatoꝛij habebũt diu expectare introituꝫ ꝑadisi Nos modo nescimꝰ q̃ pena est nõ videre deuꝫ qꝛ nõ ꝯpetit nobis in hac vita ip̃m videre Auc̃tas Nõ videbit me homo ⁊ viuꝫ Exo. xxxiij. Sed aĩabus seꝑatis quibus ꝯpetit videre deum est maxima pena qñ nõ vident eum. maioꝛ quã eẽt mihi ul̃ tibi si subito ꝑderemus visum Itẽ qꝛ illa pena ignis purgatoꝛij est maioꝛ q̃ꝫ aliq̃ pena huiꝰ mũdi. ¶ Nota hic de illo hoĩe q̃ habebat magnos doloꝛes desiderabat mori vt liberaret̃ ab illis doloꝛibꝰ. Cui apparuit angelus dans sibi opcõnem vel ꝙ eẽt tribus diebꝫ in purgatoꝛio ad purgandũ. vel ꝑ tres annos haberet illaꝫ infirmitateꝫ ⁊c̃. Ideo aplus videte itaq̃ frẽs. qũo caute ambuletis nõ quasi ĩsipientes redimentes. scꝫ ꝑ pniãm tp̃s. qm̃ dies mali sunt supple in purgatoꝛio. Ad eph̃. v. ¶ Dico ꝙ aliqui vadunt ad ꝑadisum tractati rigoꝛose h̃ nõ auderẽ dicere nisi qꝛ xp̃us dicit Michaheli Compelle intrare ⁊c̃. Non intelligatis ꝙ ista violẽcia fiat libero arbitrio. qꝛ nõ potest cogi. sed ista violẽcia fit coꝛpi ꝑ infirmitates. doloꝛes pauꝑtates. tribulacões. et sic liberũ arbitriũ mutat̃. sed nõ cogit̃ Nota de euãgelio dm̃ce currẽtis. q̃liter inuitati se excusauerunt. Tũc dixit dñs seruitoꝛi. Cõpelle ĩtrare ⁊c̃. Nota practice q̃liter seruus exit ad vias superbie. auaricie. luxurie ⁊c̃. dicẽs supbo vadat̃ ad cenã dñs ꝑauit ⁊ expectat vos ⁊c̃. Rñdebat vere vos ibitis ꝑcuciebat eũ qꝛ seruus bñ erat associatꝰ Idẽ de auaro luxurioso Idẽ de mulieribꝫ q̃ omnes ibant flentes. h̃ qñ fuerunt intus. curati fuerũt ⁊ gaudentes dicebant seruo. O bñdicatis. Ecce q̃d fecisti mihi. sed curatus sum. mõ bene est mihi. p̃ncipiũ fuit ꝑ vim sed finalit̃ gaudent Ita de nobis dñs est xp̃s. seruus est angelꝰ. ⁊ sũt mlti qui nõ curãt venire ad ꝯuiuiũ ꝑadisi. licet sint ĩuitati. h̃ xp̃s dicit ãgelo Compelle ĩtrare deus in h̃ mũdo visibilia. per creaturã inuisibilẽ disponit. Vñ grego. Et angelus dat ĩfirmitatẽ. doloꝛẽ capitis vel stomachi. ꝑdicionẽ bonoꝝ. filiorũ ⁊ hmõi. ⁊ tũc hõ redit ad deũ. verbi grã Quot p̃lati sũt q̃ in ꝓsperitate ⁊ sanitate nõ curãt de deo. ymo dant se delicijs. Sꝫ ꝯpellunt̃ ire ad deũ ꝑ ĩfirmitates. Idẽ de dñis tꝑalibꝫ ⁊ de alijs hoĩbus tã senibꝫ q̃ꝫ iuuenibꝫ q̃ nõ curant de deo. h̃ venit infirmitas tribulacõ ⁊c̃. Et sicut asinus lasciuiẽs reducit̃ ad viã. ita tales ad deũ vadũt ⁊ ad ecciam oꝛãt cõfitent̃ ⁊c̃. Ideo grego. Mala q̃ nos h̃ p̃mũt ad deũ ire ꝯpellunt. de istis dicit ysaias. Dñe in angustia sua q̃sierunt te. ysa. xxvj. Ideo cũ magna pacĩa hõ dꝫ recipe aduersitates qꝛ ad coꝛrectõem sunt btũs hõ qui coꝛripit̃ a dño ĩcrepacõem g̃ dm̃ nõ repꝛobes qꝛ ipẽ vulnerat ⁊ medet̃ ꝑcutit ⁊ manꝰ eiꝰ sanabũt Job. v.

¶ De eodem sermo. v.

Qvi nõ diligit manet ĩ moꝛte v̄bũ istd̃ hẽtur oꝛiginal̃r ĩ canoĩca Joh̃. ca. iij. ⁊ ĩ cpl̃a currẽtis dm̃ce. In p̃nti s̃mõe volo declarare mala q̃ venert̃ mũdo ex defcũ boni amoris. spero ꝙ materia erit vtil̃ aĩabꝫ nr̃is.

Sed p̄us saluteť virgo maria. Pro introductōe ⁊ declaracōe huiꝰ verbi ⁊ materie ꝑtractā de Sciendū ꝙ ille magnꝰ et excellens ꝓpha moyses inter alias doctrinas dedit talem doctrinā filijs israhel dicēs. Testē inuoco hodie celū ⁊ terrā ꝙ ꝓposuerī vobis vitaꝫ ⁊ mortē bn̄dictionē ⁊ maledictōem elige ḡ vitam vt viuas ⁊ semen tuū. ⁊ diligas dn̄m deū tuū. atq; obedias voci eius ⁊ illi adhereas ipē eñ est vita tua ⁊ longitudo dierꝫ tuorū deuť. iij. Ex istis verbis si bn̄ ponderenť possumꝰ extrahere q̄tuor q̄stiōes. ¶ Prima ꝙ deus est vita ī se. ⁊ sua vita est suū esse eēnale. ⁊ nō accidētale vt in nobis. qui possumꝰ vitā ꝑdere. ista q̄stio habeť in h̄ ꝙ dicit testem īuoco hodie celū ⁊ terram qđ ꝓposuerim vobis vitam scꝫ deum. ¶ Secunda ꝯclusio ꝙ deus nō solum est vita in se eēnaliter. h̄ est fons ⁊ principium vite dans vitam om̄bus ei adherentibꝫ. Sicut ignis q̄ de se est calidus ⁊ clarus. ⁊ sibi adherentes calefacit ⁊ illuīat. Ita deus. Ista cōclusio tangiť ibi. illi soli adhereas. ipē eī est vita tua effectiue ⁊ causaliť. ¶ Tercia cōclusio ꝙ adherencia ad deū est ꝑ amorem sup̄ omnia eū amando ex om̄bꝫ anime potencijs. sicut q̄ diligit ardenter aliquā ꝑsonam vult eaꝫ respicere ⁊ de ea loq̄tur ⁊ cū ea eē. Quia res dilecta trahit ad se cor diligentis. Ideo dixit dyonisius ꝙ amor ē vis vnitiua faciēs vnū quid ex amāte ⁊ amato. Ideo qui sup̄ omnia diligit deum. statim voluit ad eū oculos intellectus ꝯtemplādo ⁊ volūtas inflāmatur in eius amore memoria recordatur de bn̄ficijs. ore loq̄tur. ipm laudādo. Ecce q̄liter ꝑ amorem homo adheret deo. Ista ꝯclusio tangiť ibi diliges dn̄m deū tuū quasi dicat diliges nō aliq̄d trāsitoriū. diuicias. vel delicias qꝛ perdi possunt ⁊ deficere ⁊c̄. ¶ Quarta ꝯclusio est ꝙ ille q̄ nō diligit deū. longe est a vita ⁊ manet in morte. hec cōclusio habeť cū subditur testes īuoco celum ⁊ terrā. qđ ꝓposuerim supple diligentibus deū vitā Et mortē sp̄. nō diligentibus deū. ꝓpter h̄ dicit thema. Qui nō diligit supple deū manet in morte. patꝫ thema. Inuenio ī sacra scriptura ꝙ ex defcū dilectōis ad deū q̄tuor mortes venerť generi hūano ac geꝰ hūanū q̄druplici morte ꝑemptū. Et est prima mors spūalis q̄ꝫ debemus fugere. Scđa mors corpal' q̄ꝫ debemꝰ ꝓuidere. Tercia mors gehennal' q̄ꝫ debemꝰ ꝓcurare. Quarta mors eternalis q̄ꝫ debemus horrescere. De q̄libet dicit thema. Qui nō diligit manet in morte. ¶ Dico p̄mo ꝙ ex defectu diuine dilectōis qꝛ eua plus dilexit pomū ligni vetiti q̄ꝫ deū. ⁊ adam plus dilexit euā q̄ꝫ deū. qꝛ ne molestaret eā. fecit cōtra dei mādatū. ex h̄ venit mors spūalis qꝛ qñ homo peccat ꝯtra p̄ceptum dei. hō ꝑdit grām dei q̄ dat vitā aīe formal'r sicut aīa rōnalis dat esse ⁊ viuere corpori formal'r. Sꝫ qñ hō peccat mortal'r ꝑdiť grā ⁊ aīa remanet mortua ī corpe Ecce q̄d est mors spūalis Et licet corpus letetur ꝯmedat bibat ⁊ ornet aīa tñ iacet intꝰ mortua ⁊ corrupta ⁊ fetida. Sicut corpus mortuum in pulchro sepulchro Ita dixit xp̄s pctōriho vt vobis q̄ sil'es estis sepulchris dealbatī q̄ a foris appa rent speciosa. intus aūt plena sūt ossibus mortuoruꝫ. ⁊ omni spurcicia sicut ⁊ nos Mat. xxiij. de ista morte spūali auc̄tas. Anima q̄ peccauerit ipa morieť Ezechiel'. xviij. morieť scꝫ ꝑdendo grām dei tñ nō omne pctm̄ occidit aīam. qꝛ venialia nō occidūt aīam lcꝫ sint disposicōes. sed pctm̄ mortale sp̄ occidit aīam. Ideo dr̄ peccatū supple mortale cum ꝯsummatū fuerit generat mortē Jacobi p̄mo. Nō loq̄tur de morte copis qꝛ multi peccant mortaliter qui non moriunť statim corporaliter. sed in anima statim moriunť.

Nota peccatū cū ꝯsūmatū fuerit. nō dicit cū inchoatum fuerit. vel mediatū sed ꝯsummatū. vnde dico ꝙ pctm̄ mortale habet inicum medium ⁊ finem. Inicium aūt peccati mortalis est simplex cogitatio circa vindictā. vsurā. luxuriā. ⁊ furtū ⁊ hmōi nō desiderādo opus fieri sed cogitat sic talis est simplex cogitacio solū est peccatum veniale nō ꝓpter h̄ moritur anima Mediū vero est qñ in tali cogitacōne delectat̄. h̄ non desiderat opus nec etiā facere. hoc etiā adhuc est peccatum veniale. Sed finis est ꝯsensus voluntatis qñ nō solum cogitat ⁊ delectatur sed ꝯsentit ⁊ desiderat opus etiaꝫ si nō facit est peccatum mortale. Ideo dicit peccatum cū cōsummatum fuerit ⁊c̄. hic potestis cognoscere qūo sunt multi male ꝯfessi qꝛ nō confitent̄ de malis cogitacōnibus. Maxime mulieres que ex quo nō fecerūt opus nō credunt peccasse cogitando loquendo ⁊ desiderando et ꝯsenciendo in voluntate. tales in conspectu dei Iam reputant̄ putane. Multe ꝑsone reputātur bone ⁊ honeste in conspectu hominū que apud deum sunt male ⁊ inhoneste. Dicunt multi hoīes. corpus meum nunq̄ cognouit nisi vxorem meā. Sed videam⁹ si anima vestra nūq̄ cogitauit desiderauit vel concupiuit. ita pater. multociens modo dicit xp̄us Oīs qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Math̄. v. Et per oppositum de vxore concupiscente virum alium. ¶ Dico ꝙ istam mortē spūalem debe⁹ fugere ⁊ cicius debem⁹ sustinere omne ꝑiculum etiā mortem corꝑalem anteq̄ peccare de h̄ dabo vobis exemplū ⁊ modum fugiendi Cum iudei essent captiui in babilonia. ibi erat quedā mulier nobilis pulchra in corꝑe. pulchrior in aīma Optma societas est pulchritudo corporis ⁊ anime. quia sicut lāterna de cristallo esset pulchrior cum lumine q̄ sine lumīe ita ⁊c̄. aīa cū grā dei est sicut lucerna accensa in lanterna corꝑis. ¶ Nota breuit̄ historiā de susāna vt hētur dan̄. .xiij. qñ susanna dixit req̄rentib⁹ eam de pctō. Si h̄ egero mors sp̄. aīe mihi est. Si aūt nō egero nō effugiā man⁹ vrās sed melius est mihi incidere absq̄ opere in manus vrās q̄ peccare ī ꝯspectu dn̄i. dan̄. xiij. Et ne illi subito irruerēt in eā Exclamauit voce magna susanna. Dicatur ꝯtra mulieres q̄ nolūt clamare dicendo ꝯfundā eū ⁊ me. Alia dixit ⁊ qūo clamarez cū fuisset obscura nox Ecce q̄lis excusacio. Idē de religiosa ḡuida cū redargueret̄ a p̄lata sua. q̄re non clamauit Rñdit ne frangerem silencium. quia erat post ꝯpletoriū. ptꝫ qūo illa scā mulier susanna oñdit modū fugiēdi mortē spūalem. multo meli⁹ eēt sustinere mortem corꝑalē q̄ peccare. Ideo dicit scriptura Quasi a facie colubri fuge pctm̄. dentes leonis dentes eius interficiētes aīas hoīm. Eccī. xxj. Dentes pctī sūt cogitacōes male delectacōes desideria ⁊c̄. et hmōi. ¶ Dico secūdo ꝙ ex defectu dilectiōis venit mors corꝑalis. Quia statutum est hoībus semel mori ad heb̄. ix. Ita mors secūda venit ex p̄ma quia nisi fuisset mors anime ex peccato. nō fuisset mors corꝑis. Immo postq̄ gētes diu vixissent ī ꝑadiso terrestri dixisset michaheli vt collocaret eos in ꝑadiso celesti ⁊ sine morte ⁊ sine dolore fuissēt in ꝑadiso celesti collocati. Sed ex morte aīme secuta est mors coꝑis. h̄ dixit deus adequādo dedit sibi licentiam comedendi de omnib⁹ fructib⁹. nisi de ligno sciētie boni et mali. hoc fecit deus vt adam cognosceret dn̄m supra se. quia alias cecidisset in maiori peccato nō cognoscendo supra se dn̄m. dixit sibi deus. In quocūq̄ die comederis ex eo morte morieris. Gen̄. ij. Nota morte scꝫ anime morieris etiam

morte corpis. Sed hic est argumentū
qūo est verū ꝙ adam illa die fuerit mor
tuus cū tamē post vixit nō gentis trigin
ta annis. vt ptz gen̄. v. Rn̄sio ꝙ dictū
est ꝓpter necessitatem moriendi ⁊ conti
nuū decursum ad mortem. dixit em̄ mor
te morieris. ⁊ nō dixit mortuus eris qꝛ
aliud est mori ⁊ aliud est esse mortuum
Sicut lapis cadens de alto qn̄ descēdit
dicit̄ lapis cadit. qn̄ iam est in terra di
cit̄ lapis cecidit qꝛ aliud est lapidem ca
dere. aliud est lapidē cecidisse. Ita adā
anteq̄ peccasset erat in loco alto. in iusti
cia originali ⁊ poterat nō mori. Sz post
peccatum icepit cadere vt lapis ꝓpter ne
cessitatem moriēdi ¶ Nota ad ꝫ ꝑabo
lam de illo sancto barlam q̄ volens in
ducere vnū regem ad ꝯtemptū mundi.
dixit sibi ꝙ quidā viator ibat ꝑ quendā
altissimum mōtem. ⁊ qꝛ via erat stricta
ad flatū venit cecidit ⁊ tenuit se ad quā
dam arborem ⁊ vidit ꝙ vna ratta alba
incepit rodere radicez arboris ⁊ illa ces
sante venit alia nigra ⁊ ecōuerso de tali
ergo q̄ nō habet aliū modum euadendi
dia potest. ille morit̄. Ita de genere hu
mano qđ exaltatū fuit multis donis in
adam. Sed ad flatum venti temptacōis
cecidit ⁊ tenuit se ad arborem vite tp̄ā
lis. Ratta alba est dies que de vita no
stra rodit q̄libet die. xij. horas ⁊ ratta ni
gra nox que etiam rodit alias. xij. horas.
Ex necessitate ḡ habem⁹ mori debem⁹
iam nos mortuos reputare Ideo apl's
Corpus qui dē mortuum est supple ex
necessitate moriendi. spūs vero viuit ꝓp
ter iustificationem ad Ro. viij. Dico ꝙ
istā mortē debemus ꝓuidere. quia istā
nō possumus fugere qꝛ nō possumus ad
vitam innocentie redire. sed ꝑ tempore
prouidere ⁊ se p̄parare Nunq̄ d scis tu
ꝙ q̄ vitam tenes. Si bonaz ⁊ sanctam
ꝑseuera. Si malam. recede ab illa ⁊ cō
fitere recede a mala societate. restitue ꝑ
te inimicis ⁊ noli expectare diem mortis
qꝛ nescis si subito vel mutus morieris ⁊
tūc difficile est ꝯteri nec poteris restitu
ere ꝓpter dolores mortis. Jō dicit scri
ptura Nō demoreris in errore impioꝝ
ante mortē ꝯfitere A mortuo quasi ni
hil perit ꝯfessio cofiteberis viuens viu⁹
et sanus ꝯfiteberis ⁊ laudabis deum ⁊
gloriaberis in miseracōnibus eius Ecci.
.xvij. Nota error impiorū est aliquoꝝ
dicenciū qn̄ ero senex ego faciā pn̄iam.
Alioꝝ q̄ dicūt nō restituā in vita mea.
ꝫ dimittā i testamēto ⁊c̄. alioꝝ dicēciū
qn̄ ero īfirm⁹ ꝯfitebor. ¶ Tercia mors
est gehennalis vel infernalis. Ista est in
alio mundo postq̄ homo iam transiuit
alias duas predictas. ⁊ anima īpenitēs
recedit a corpe. subito ducitur ad gehē
am inferni Auc̄tas. Tenent tympauū
et citharam ⁊ gaudent ad sonitum orga
ni ducūt ī bonis dies suos ⁊ in pūcto ad
inferna descendūt Job. xxj. Nota secre
ta moralia. tenēt tīpanū ⁊c̄. ista tria in
strum̄ta sig̃nt tria pctā mortalia. s. luxu
riā auariciā ⁊ sup̄biā ¶ Tīpanū em̄ sig
nificat pctm̄ luxurie tū ex figura circulari
Nā luxuriosus vadit ī circuitu ad vidē
dū dilectā suam ⁊c̄. Tū ꝓpter picturas
Nā homo vel mulier luxuriosa tota va
dit ornata vel picta deus custodiat nos
ab occasiōe. Tū qꝛ tīpanū hz nolas sic
luxurios⁹ hz nolas. ꝫ nō oz fatuo pone
re nolas ī collo. qꝛ alias ꝯgnoscit̄. tū qꝛ
tangit̄. ita luxurios⁹ tāgit̄ ⁊c̄ Ecce q̄re
dicit tenēt tīpanū ⁊c̄ O q̄t dānant̄ isto
pctō. dicit btūs remigi⁹ sup̄ illđ Mat.
.xix. Sinite ꝑuulos venire ad me Tāta
est labes carnal' crimīs ꝙ maior ꝑs sal
uādoꝝ credit̄ eē innocenciū ꝑuuloꝝ qꝛ
magni oēs l' fere om̄s volūt tangere tī
panū. Cythara sig̃t pctm̄ auaricie. rō qꝛ
ē de ligno arido ⁊c̄. ⁊ hz octo cordas. sic
auarus ē quasi lignū aridum sine humi
ditate ⁊ dulcedine caritatis vacu⁹ a mīa

Caput reflectitur ad se quia nichil facit
nisi amore reciproco vt lucret̃ ⁊ dicetur
Octo corde sunt octo spẽs auaricie. va
dũt bini ⁊ bini. rapina dñoꝝ Simonia
p̃latoꝝ. vsura mutuãciũ fraus ementiũ
⁊ vẽdẽciũ. Itẽ furtũ secretũ. ⁊ sacrilegi
ũ scz recipere aliq̃d de ecclesia ⁊c̃ Item
occupatõ ⁊ detẽcio. occupatõ de Inuẽtl
sibi retinẽdo. detẽcio de solario. vel testa
mẽtũ de mortuis. vl' de ꝯsesso negando.
Organũ significat peccaũ sup̃bie Et su
p̃bia est duplex vna est sup̃bia. de bonis
spũalibꝫ Aila. sup̃bia de bõis tpalibꝫ de
genere diuicijs. fortitudĩe. pulch̃tudine
⁊c̃ Ecce q̃re dicit tenẽt tĩpanũ ⁊c̃ de
ista morte dicit dauid Mors peccatoꝝ
pessĩa. p̃s. xxxiij. Mala qꝛ p̃uat̃ vita tẽ
porali. peior qꝛ p̃uat̃ vita spũali. pessima
qꝛ p̃uat̃ vita eternali ¶ Dico ꝙ ꝯt̃ istã
mortem munire nos debemꝰ scz virtu
tibꝫ opibꝫ bonis. ⁊ meritorijs Ido dicit
scriptura Quotcũq̃ p̃t manꝰ tua istãt̃
opare qꝛ nec opꝰ nec ratõ nec scĩa nec
sapiẽtia erũt apd̃ ĩferos. q̃ tu ꝓperas Ec
clesiastes ix ¶ Quarta ẽ mors eternal' q̃
differt a morte gehẽnali vl' ĩ fernali qꝛ
illa mõ ẽ solũ ĩ aĩa Sz ista erit pꝰ diẽ iu
dicij ⁊ erit ĩ aĩa ⁊ ĩ corpore qñ pctõres
sil' ĩ aĩa ⁊ corpore ꝑpetuo dãnabunt̃. de
ista morte dicit Johẽs Timidis ⁊ icre
dul' ⁊ execratl ⁊ hoĩcidis ⁊ fornicatoribꝫ
⁊ venefic̃l ⁊ ydolatrl ⁊ oĩbꝫ mẽdacibꝫ
ꝑs illoꝝ erit ĩ stagno igne ardẽti ⁊ sul
phure ꝙ ẽ scd̃a mors apoca. xxi ¶ Nota
octo ꝯditões pctõꝝ ¶ Prĩa ꝯditõ ẽ ti
midoꝝ q̃ tãgit̃ cũ dicit timidis. timidi
sũt q̃ tĩore det̃hẽciũ nõ audẽt bonã vitã
ĩcipe. q̃t religiosi. q̃t clerici ⁊ laici vellẽt
tenere bonã vitã. ⁊ ꝟuare regulã ⁊ isto
tĩore. magl volũt cũ alijs ire ad ĩfernũ.
ꝫ magl debz timeri deꝰ. dauid Illic tre
pidauerũt tĩore vbi nõ erat timor sicut
puert q̃ timẽt cutellũ ⁊c̃ ¶ Secũda cõ
dicio peccatoꝝ est incredulorꝝ ⁊ ĩfideliũ

Nã ĩcreduli ⁊ alij ĩfideles. iudei agareni
⁊ alij ĩfideles xp̃iani p̃sũptuosi ⁊ capito
si p̃sumũt nimis de suo ĩtellectu ⁊ ĩcipiũt
dubitare in fide. cũ tñ si tot miraculis ⁊
disputacionibꝫ ꝯfirmata ¶ Tercia ẽ ꝯdi
cio excecatoꝝ id est abhominabiliũ faciẽ
ciũ pctã ꝯtra naturã. vt ẽ oĩs modꝰ lu
xurie ꝑ quẽ nõ potest seq̃ generatio. tale
peccatũ quomõcũq̃ fiat dicit̃ ꝯtra natu
rã ¶ Quarta ꝯditio est homicidaꝝ ⁊ ñ
intelligit̃ de iuditijs ⁊ dñis qui quando
faciũt iustiã de criminoꝫ ꝟm ius ⁊c̃ non
peccãt ĩmo merẽt̃ ⁊ licz sit ĩt̃fectores ho
minũ tñ nõ dicũt̃ homicide Sz intelligi
tur de illis qui ex malicia vel vindicta ad
coopiẽdnm suũ peccatũ occidũt hoĩes ĩ
iuste tl'es. sũt hoĩcide ⁊ de ill' ĩtelligit̃ ¶
Quĩta ꝯditõ est fornicatoꝝ Et dicatur
ꝯtra illos qui dicũt ⁊ ꝙ peccatũ est sim
plex fornicatio Ego sũ liber ⁊ ip̃a ego ñ
decepi ⁊c̃ Sexta ꝯditõ est veneficoꝝ. i.
venenũ faciẽciũ aut dãtiũ Dicat̃ cõtra
mulieres q̃ recipiũt aliquid vt habeant
ab ortiuũ. ⁊ ad cooperiẽdum peccatũ ⁊
⁊ sequit̃ homicidiũ ⁊ ĩ iudicio ĩ terfectꝰ
resurget magnus ⁊ petit iusticiam de
matre de apotecario ⁊ de omnibus ꝯsen
cientibꝫ in eius morte ⁊ si aliquis eorũ
est clericus fit irregularis Dicatur d̃ illa
moniali q̃ q̃ siuit amedico regl remediũ
ne mulier grauidaretur. q̃ respondit. ꝙ
nõ deberet coire cũ viro Septĩa cõdicio
peccatorũ est idolatrarum idolum erat
inquo habitabat demon. ydolatri sunt
cimiles diuiuis ⁊ sorrilegl. quia cum de
mone faciũt opa Octaua condicio est
mẽciẽtiũ ⁊ ꝓximũ dãpnãtiũ ⁊ false iu
rãcium vel ꝓmittẽtiũ ꝑs oĩm p̃dictorũ
erit in stagno igne ardenti ⁊ sulphure
ꝙ est secunda mors. ¶ Sed quomodo
eternalis dicitur secũda mors. cum ego
vocem eaz quartam mortẽ Responsio
ꝓ ut dixi quatuor mortes venerunt hu
mano generi quarum due sunt in hoc

mundo scz mors infernal'. ⁊ mors eter-
nalis. que est secūda alterius mūdi. ⁊
quarta ꝯputādo mortes huius mūdi ⁊
alterius etiam dico ꝙ istā mortē eternā
. debem⁹ horescere orando dicere. libera
me domine de morte eterna in die illa.
quando celi ⁊c̄ Deo gratias

De eadē Dominica Sermo sextus

Diligam⁹ ope
re ⁊ veritate prima Johis
ca. tertio Et recitatiue ī epla
currentis dominice Materia erit de di-
lectione ꝓximi ordinata. ⁊ materia erit
vtilis Salutetur virgo maria ⁊c̄ ꝓ de-
claratione hui⁹ verbi. sciendū ꝙ dilectio
ꝓximi bene ordinata. est fundamentū ⁊
ꝯplmentū totius legis dei ⁊ talis potest
dicere. ꝙ ꝯplet legem dei Ratio qꝛ q̄d
quid fit in hoc mūdo totū fit amore. siue
fiat timore vel alia ratione amore fit ver
bi gratia quare fugis inimicos. O dice-
res tu timore Immo poci⁹ amore. quia
diligis vitam tuā iō ⁊c̄ Itē si datur tibi
cibus pocionatus hoc est veneno plenus.
illū ꝯmedere nō vis Et que hui⁹ est cau
sa dices ꝙ timor mortl. Sed dicendū ꝙ
pocior est amor vite Si ergo amor ē fū
damētū ⁊ primū ōniū bonoꝝ ergo qui
est bene ordīat⁹ in amore ꝓximi totā le
gē ꝯplet. ꝓpt̄ hoc beatus iohannes senex
p⁹ q̄ꝫ de⁹ sibi reuelauit ꝙ moreret̄ voca
uit ꝓplm ⁊ dicebat Filioli mei diligite ī
uicē ⁊ multociēs replicabat ista verba.
nihil addendo ꝓpter ꝫ aliqui dixerūt sibi
O pater vos sollēpniter ꝯsueuistis p̄di
care Estis vos oblitus de illo pulchro
sermone q̄ꝫ nobis fecistl de ꝯtēplatione
Respondit si hoc fiat sufficit Ideo beat⁹
paul⁹ ꝯcordans cū beato iohanne dice-
bat Qui diligit ꝓximū legē impleuit. di
lectio ꝓxmi malū nō operat̄. plenitudo
ergo legl est dilectō ad Ro. tertō Ideo
dicit thema Diligam⁹ .s. ordīare ope
⁊ veritate. patet thema Inueni in sacra
scriptura ꝙ dilectio ꝓximi ordīata debet
hrē q̄tuor ꝯdicōes. qꝛ ꝓxim⁹ dꝫ diligi
veracit̄ sine fictione. prudēt̄ sine corrup-
tione. Tēpāt̄ sub diuina dilectione. Ge
neralit̄ sine exceptōe. in dilectōe ꝓximi ī
vita sua ꝯplet legē dei Ideo dicit thema
diligam⁹ ope ⁊ veritate Dico primo
⁊c̄ veracit̄ sine fictōe vnde auct̄as dilec
tio supple sit ī uobis sīe sil'atōe Qui has
q̄tuor ꝯdiciones ꝑuat legē īplet Mō vi
deam⁹ quō poterit ꝫ declarari ꝫ seruiet
phia que dicit de veritate ꝙ veritas est
adeq̄tio siue ꝯformitas rei ad intellectū
qꝛ tūc ꝓpō est vera qñ res ad extra ꝯcor
dat Ad veritatē ei⁹ req̄rūt̄ ꝫ s. factū vl
res ad ext̄. scdo v̄bū significatm̄ tertō sig
nificatū ī tellect⁹ Sic ad veritatē amorl
t̄a req̄rūt̄ scz cor siue bona volūtas ver
bū. ⁊ op⁹ ad ext̄. Tunc etl amor ꝓxi ha
bet fundamentū in corde quando homo
desiderat bonū tp̄ale vl sp̄uale ꝓxio vt
ꝓ se. ⁊ gaudet de bono suo ⁊ orat vt ꝯꝑ
uet̄ ī illo. ⁊ tristat̄ de malo ꝓxi. ⁊ ꝯpatit̄
sibi nisi istud fūdamētū sit in corde nihil
valꝫ dilectō. sil'ata erit ideo dauid ꝯt̄ ta
les dicit Qui locūt̄ pacē cū ꝓximo suo.
mala aūt ī cordibꝫ eoꝝ da illis ꝑm opa
eoꝝ ⁊c̄ p̄s. xxvij Qui diligūt fle cū iu-
da māsionez habebūt q̄ salutādo ⁊ oscu
lādo t̄didit saluatorē Et req̄rit̄ verbū
sig̃ficatm̄ si dicat̄ diligo ꝓximū ī corde
ꝫ nō loq̄r ei ñ ē ibi veritas dilectōis Iō
oꝫ sibi loq̄ qꝛ v̄bū ē signū illi⁹ qd̄ ē ī mē
te Ea enī q̄ sūt in voce sūt note .i. signa
eaꝝ que sūt in aīa passionū vt dicit ph⁹
Ideo est magnus defect⁹ maxime mu
lieꝝ dicēciū nolo sibi malū ꝫ nō loquor
sibi qꝛ dixit michi malū Alij dicūt si ip̄a
īcipit mihi loq̄ loq̄r nec g̃tes nec gr̄as
habetl qꝛ etiā iudeū salutātē salutabitl
Ido dicebat xp̄⁹. bon⁹ hō de bono the-
sauro cordis ꝓfert. bona ⁊ malus homo
. de malo thesauro ꝓfert mala Mat. xij.

¶ Tertio requiritur opus vel res ad extra. quia ab eo quod res est vel nō est. oratō vera vel falsa dicitur puta iuuare se mutuo et in nullo se fraudare nec dampnificare nec in bonis furādo bona. nec fructus etc. quia ex furto fructus venit omne malum nostrū. et nisi xp̄us iuuisset nos etc. ōnes eramus dampnati nec ip̄m diffamādo directe vel indirecte. dicendo. non sum ego latro vel ebrius etc. quasi dicat. sicut uos. et quia nō dicūt clare nō faciūt sibi ꝯscientiā sed oportet reuocare si vultis saluari nec ip̄m in persona tāgēdo feriendo vel aliter Si ergo diligis ꝓximū in corde. et etiā loquēdo oportet quod ipsum diligas etiā opere nō tāgendo bonam famā nec personā eius Immo eius bona ꝯseruando. famā defendendo et ꝑsonā Talis amor est verus et sine fictōe Ideo dicebat iohānes filioli mei ñ diligamus verbo neq̄ lingua suple tm̄. sed oportet veritate. pria. Joh̄ tercio. Nota nō diligamus verbo verbū est conceptus mētis et signat dilectioez q̄ est in corde vel ibi debet esse. neq̄ linguā .i. verbo significatio tātū s̄ opere et veritate ¶ Dico scdo etc. ꝓuident sine ꝓpria corruptione. discrete autē diligendus est ꝓximus ne in loquēdo parti opando truffando vel visitādo vel alia familiaritate sequatur aliqua peccati corruptio Qui eniz nimis igni aꝓpximatur calefecit et ꝯburitur. Ideo aplus Odientes malū adherētes bono caritatez fraternitatis inuicē diligētes Ad Rosecūdo Illa est discreta dilectō. qñ hō scit extrahere bonū de malo. et ecōuerso Quō autē hoc debet fieri ostendit xp̄us dicens Si manus tua vel pes tuus scādalizat te. erue eū et ꝓice abs te Mathei xviij. ꝓice .i. ꝓcul eice s̄ quod tibi nocet Ecce doctrinā xp̄i Semel leo papa sāctus et bonus intelligens hāc doctrinā ad lrāz abscidit sibi manū cū diceret missā Mulieres osculate sūt sibi manū exquo secuta fuit tēptatō carnis Ideo post missam abscidit sibi manū secrete Cū autē nō celebraret ōnes mirabātur qz papa nō celebrat vt ꝯsueuerat. ip̄o autē cognito suo defectu deuote et cū lacrimis orauit v̄ginē mariā q̄ sibi manū restituit s̄ miraculū declarat quod xp̄us non ad litterā intellexit Sed itellectus verus habetur ex officijs istorum mēbrorum manibus aūt opamur et facimus oīa Ideo dixit phūs quod manus est organū organorum. Ideo sic intelligitur si vos habetis aliquā ꝑsonā q̄ facit vestra negotia et vos diligitis illam et illa scādalisat vos quia vobis occasio peccādi est Talis manus abscidatur et ꝓiciatur .i. ꝓcul eiciatur. bonū ē tibi ad vitā ingredi debilē vel claudū q̄ꝫ duas manus vel duos pedes habentē mitti in ignē eternum Si ergo aliquis vestrū habz in domo vel in aīcicia aliquā ꝑsonā q̄ scādalisat vos et facit ꝑdere animā famā et bona eiciatur foras etc. Ideo rectores ꝯmunitatis debent ꝓuidere in peccatis notorijs quia ex peccatis secretis nō imminet ꝑiculū tātū ꝯmunitati Si dicatur quomodo ꝓuidebitur Dico quod ꝑ ꝯsiliū et statutū generale etc. Idem de pede. officiū pedis est sustinere ꝑsonā Qui ergo sustinet vos dando vobis necessaria ille dicitur esse pes tuus. et iam scādalizat te Ideo ꝓice etc. verbi gratia de scutiferis q̄ sustinētur a dominis. domini sunt pedes eorum. sed si scandalizant te quia faciunt te esse homicidam furē vel lenonez ꝓicias eas foras Idē de viduis q̄ sustinentur ab aliquibus sed si scandalizātur ab eis abscide ¶ Item officiū oculi ē ostendere viam et dirigere in agēdis Oculus noster est aduocatus confessor magister vel ꝓcurator Si oculus scandalizat te eruatur et ꝓcul eitiatur cito. et tunc amor est discretus talis ergo se debet homo gubernare vir cū muliere. mulier cū viro. masculus cū masculo. feia cum femina quod nō seq̄tur

peccatū nec ꝓpria corrupcio Unde poeta
Que nocitura tenes q̄ꝫuis sint cara re-
linqꝫ Ergo diligam⁹ supple prudent̄ ⁊c̄.
¶ Dico tercio ꝙ debem⁹ diligere ꝓximū
tp̄anter sub diuinali dilectōne scꝫ vt sup̄
amorē dei. nullū amorē aliū ponamus.
videtis vos in lampade quō oleū natat
super aquā. ⁊ sic illuminat̄ lampas. Ita
debet esse in corde hoīs ꝙ amor dei de-
bet natare amore creaturaꝝ debet esse vt
aqua frigida ⁊ isto modo cōseruat̄ ibi lu-
men grē dei. Ideo xp̄s loquēs de amo-
re quē debem⁹ habere ad deū ⁊ ad crea-
turam. dixit diliges dñm deū tuū ex to-
to corde tuo ⁊ ex tota anima tua ⁊ ex to-
ta mente tua. hoc est maximū ⁊ p̄mū mā-
datū seu p̄ceptū. de amore autē ꝓximi
nō dixit diliges ꝓximū tuū ex toto corde
tuo ⁊c̄. Sed dixit diliges ꝓximū sicut te
ipsum Mathei. xxij. Nota diliges dñm
deū tuū ex toto corde tuo scꝫ fideliter.
Iam scitis ꝙ cathedra fidei in corde con-
sistit ideo cū tenemur ipsū diligere fideli-
ter. contra hoc faciūt q̄ recurrūt ad diui-
nos vel ad sortilegos ⁊c̄. tales frangūt
sibi fidē. sicut miles q̄ dimisso rege cui ꝓ-
misit fidē vadit ad regis inimicū infide-
lis ⁊ ꝓditor est. ad xp̄m ergo recurrēdū
est in omnibꝫ necessitatibꝫ. nolo esse infi-
delis ego perdidi hoc vos scitis quis ha-
bet ⁊c̄. vel indigeo sanitate ꝓ me vel filio
⁊c̄. p̄be fili mi cor tuū mihi ⁊ oculi tui vi-
as meas custodiant. ꝓuerbioꝝ. xxiij. ¶
Scdo diliges dñm deū tuū ex tota ani-
ma tua scꝫ reuerent̄. quia cuꝫ reuerencia
debem⁹ loqui de deo. verbū enī iniciū ha-
bet ab aīa. ph̄us dicit. voces sunt note. i.
signa eaꝝ q̄ sunt in aīa passionū quando
noīatur ihesus vel maria debem⁹ facere re-
uerenciā ⁊c̄. Contra hoc faciunt iurato-
res renegatores ⁊ blasphematores q̄ ꝓ
nihilo renegant tales ꝓditores sunt Co-
gita q̄lis damnacio ē talibꝫ p̄parata cuꝫ
ꝓditores in hoc mūdo tā grauit̄ puniant̄

Ideo esset bonū ꝙ rectores statuerent
sub certis penis ꝙ null⁹ iuret ⁊c̄. Et ꝓpt̄
hoc etiā necessariū ⁊ bonū esset mouere
ludū quia ibi est fons ⁊ origo iurādi. ⁊c̄.
Custodi ergo temetipsum ⁊ animā tuā
sollicite. Deutro. iiij. ¶ Tercio diliges
dñm deū tuū ex tota mente tua scꝫ dili-
genter. postq̄ꝫ enim laborasti feria scd̄a ⁊
t̄cia ⁊c̄. diligent̄ in mēte tua sis memor
ꝙ in dominica nulluꝫ opus seruile tp̄ale
facias nō ire ad ferias vel fora non aperi-
re laboratoria nō facere rasurā ⁊c̄. Me-
mēto vt diē sabbati. i. quietis sanctifices
Exodi. xx. Ex obseruācia festi venit om-
ne bonū. quia plus ꝓficiunt bona tua tūc
q̄ꝫ ex omnibꝫ laboribꝫ tuis. Et per oppo-
situm ex fractione festi venit omne malū
Qui bene vult seruare festa debet obser-
uare q̄tuor. ¶ Primo abstinere ab om-
ni negocio tp̄ali non solum nō facere nec
etiā loqui nec cogitare. ¶ Scdo ire ad
missaꝫ ieiunus. multi excusant̄ a ieiunijs
ecclesie. ꝫ ab audientia misse nō sic se p̄nt
excusare ¶ Tercio ꝙ sitis a p̄ncipio mis-
se vsqꝫ ad finez qñ datur benedictio oēs
debetis esse in cōfessione. ¶ Quarto nō
loqui in missa. Et post missā poteri dice-
re. O benedict⁹ deus modo cōpleui serui-
ciū dño meo. hoc est maximū ⁊ p̄mū mā-
datū ꝫ aliq̄ decipiunt se q̄ super amorez
creatoris ponūt amorē creature de q̄b⁹
dt xp̄s. Qui amat patrē aut matrē plus
q̄ꝫ me nō est me dign⁹ ⁊ qui amat filium
vel filiā plus q̄ꝫ me nō ē me dign⁹ Ma-
thei. x. Sup̄ deū diligit quis creaturā qñ
ꝓ creatura facit cōtra deū. Gregori⁹ ꝓ-
bacio dilectionis exhibicio ē operis. ¶
Dico q̄rto ꝙ debem⁹ diligere ꝓximū ge-
neraliter siue exceptiue ꝙ cor sit ita latuꝫ
ꝙ omnes gentes mundi recipiat in sua
dilectione. Benedictus q̄ potest dicere.
omnes gentes diligo. quia si vos dicitis
diligo omnes gentes nisi talem qui occi-
dit patrē meū vel fratrē ⁊c̄. Iam nō dili

gitis generalit̄.nā sicut deus diligit generaliter oēs creaturas etiā inimicos suos non subtrahendo eis beneficia generalia. Ita vult etiā q̄ nos generalit̄ diligam⁹ oēs gentes hanc rōnē tangit Johēs dicens Carissimi si sic q̄ quia deus dilexit nos sc̄z generalit̄ t debem⁹ alterutr̄z diligere sc̄z generalit̄ sine exceptione. ꝑma iohis q̄rto. Ideo apls ozando dicebat, deꝰ habundare faciat caritatē vestrā inuicem t in omnes. ꝑma Thessal.iij. Nota in oēs tam inimicos q̄z amicos tā viuos q̄z mortuos. tā xp̄ianos q̄z infideles t sic tenebimus xp̄i consiliū dicentis. Ego dico vobis diligite inuicem inimicos vestros tc̄. Mathei q̄nto.

¶ Dominica tercia post festū trinitatis. Sermo p̄mus

Humiliamini sub potēti manu dei vt vos exaltet. Verbū istud habet̄ textualit̄ ꝑma canonica petri q̄nto Et recitatiue in epistola currentis dn̄ice. Ꝓ declaracōe breui huius verbi t materie p̄dicande. Sciendū q̄ si hō vult cōparare vitā huius mundi ad vitam alterius mundi Inueniet hō magnā differentiā t cōtrarietatē. Nā ps̄ona tā regularis q̄z secularis q̄ in hoc mundo vult exaltari in honoribus officijs dignitatibꝫ t superbia. In alio mundo humiliabit̄. Qui autē in hoc mundo vult humiliari i alio exaltabitur hoc potest declarare exēplo statere quia quāto pars sinistra plus exaltabit̄ tanto dextra plus humiliabit̄ t econuerso Nō cogitare q̄ manus dei.i. eius ꝑtus infinita teneat statera in manu quēadmodū michael depingit̄ cū statera i manu sua ps sinistra est p̄sens vita. ps autē dextra vita futura. q̄ ergo in sinistra huius vite exaltatur in alia humiliab̄ t q̄ hic humiliat̄ in alia exaltab̄. Auctoritas. Dis q̄ se exaltat humiliabit̄ t qui se humiliat exaltabitur Luce.xviij. Nota ois vniuersaliter Ideo dī thema humiliamini sc̄z in hac vita sinistra sub potēti manu dei q̄ tenet statera iustā vt vos exaltet sc̄z in dextra glorie. patet thema. In sacra scḡptura inueni q̄nq̄ spēs vere humilitat̄ q̄ sunt sc̄z Hūilitas reuerēcie q̄ ostendit̄ in oꝛōne Humilitas obediēcie q̄ oñdit̄ in opacōe Humilitas penitēcie que manifestat̄ in confessione

Humilitas pacientie que apparet in tribulacione.

Humilitas sapiencie que relucet in conuersacione

Et de q̄libet istaꝝ intelligit̄ thema humiliamini sub potenti manu dei tc̄. ¶ Prima species bone t vere humilitat̄ est humilitas reuerencie q̄ maxime ostendit̄ in oꝛōne q̄ venit ex cōsideracōne illius maiestatis dei incōp̄hensibilis t infinite potencie respectu cui⁹ totus mūdus non est nisi vna famula t q̄si nihil. Et ex alia p̄te consideraṅdo ꝑiam modicitatē t sic cōtrahit̄ t humiliat̄. sicut canis licet terribilis timet t tremet ad p̄sentiam leonis Et rusticus cozā rege vel imꝑatoꝛe Ita te nobis q̄ tū cunq̄ tu sis terribilis. superbus t p̄sumptuosus pone te intellectualiter cozā leone sc̄z deo vel imꝑatoꝛe cum potestate t sic humiliaberis. Ideo q̄n volueritis facere oꝛōnē nō stat⁹ in inapiaris sicut stult⁹ balistari⁹ facit q̄ sine signo cōsideracōe emittit sagittā. bonus autē balistari⁹ respicit ad signū. Ita q̄ vult oꝛationē facere debet. Idō apls. humiliamini in cōspectu dn̄i t exaltabit vos Jacobi.iij. Nota humiliamī in cōspectu dei. hoc dī specialit̄ clericis. generalit̄ autē laycis et clericis. Clerici autē quādo faciunt officium debent humiliari in cōspectu dn̄i q̄ est ibi p̄sens ꝑ q̄ ipsemet dicit vbi sunt duo vel tres cōgregati in nōie meo in medio eoꝝ sum Mathei.xviij. Ideo humiliatur dextra contra dextram non sibimet

ꝫ xp̄o in medio existenti. Ideo ꝓfunde ē humiliandū vt exaltet vos. Scd̄o cū dicit humiliamini ⁊c̄. tangit oēs generalit̄ quia ī eleuacōne corporis xp̄i omnes debent humiliari ⁊ genua flectere quia ī hostia est xp̄s verus vt est ī celo. Nota contra aliquos miseros q̄ non flectūt genua nec amouent capuciū. Ecce q̄re dicit humiliamini. de hoc ꝓphetia dauid. Exaltate dn̄m deū vestꝝ. hoc dicit̄ sacerdotibꝫ Et adorate scabellū pedū eius scꝫ hostiā q̄m sanctū est. hoc dicit̄ omnibꝫ generalit̄. p̄s xcviij. quoniā sanctū est corpꝰ xp̄i qd̄ est intus Ergo humiliamini sub potenti manu dei ⁊c̄. ¶ Scd̄a spēs vere humilitatis est humilitas de obediētia q̄ ostendit̄ in opacione q̄ venit ex cōsideracōne salarij sicut bos humiliat̄ ad iugū. quia dn̄s ꝓuidet ei. Et portitor ad onꝰ rōne mercedis. Ita de nobis xp̄s tanq̄ bonꝰ mercator. fecit vnū ferdellū parui ponderis ꝫ magni p̄cij ⁊ lucri. Istd̄ ferdellū ē obedientia ad decē p̄cepta. ¶ Primū preceptū est ꝙ in tuis necessitatibꝫ nō recurras ad diuinos. ꝫ ad deū. ¶ Scd̄m ꝙ cū honore ⁊ reuerētia loq̄mur de deo nō iurādo nec blasphemādo ¶ Terciū postq̄ laborastis feria scd̄a ⁊ tercia ⁊c̄. seruiat̄ in dominica sibi. quia nullꝰ dn̄s daret ꝓuisionē ꝫuitori nisi faciat sibi aliq̄d seruicium ¶ Quartū honora ꝑentes non solum ore ꝫ corde et opē seruiendo ⁊ eos iuuādo si īdigēt q̄ natura docꝫ ¶ Quintū ne occidas īmicū ꝫ sicut xp̄us in cruce remisit et pep̄cit. ita exemplo eius parce ¶ Sextū q̄ sicut xp̄us amore nostri recepit carnē. ita nos amore sui custodiamꝰ a luto luxurie vir et vxor ꝫuantes modū ñ faciūt luxuriā ꝫ alit̄ ⁊c̄ ¶ Septimū ne recipias aliqd̄ ab aliq̄ ꝫ labora in tuo officio diligēter et sis contentus de ꝑte tibi data a deo. quilibet pater vult ꝙ filij sint contenti de parte eis data. Alias pater nō haberet pacientiā ꝙ vnus recipe

ret partē alterius. ita de deo. ¶ Octauū refrena lingua tuam a diffamacionibꝫ ⁊ falsis testimonijs. ¶ Nonū q̄ sicut debetis custodire corpora a luxuria ita ⁊ animam nō cogitare de illo. ¶ Decimū cauere a ꝯcupiscētia bonoꝝ temporaliū. de qua d̄t apostolꝰ. Radix omniū maloꝝ ē cupiditas. p̄ma Thimoth̄. vi. Ecce hic ferdellū decē libraꝝ mercatoris xp̄i qui dicit cuilibet vestꝝ. porta michi hoc onus vsq̄ ad portā domus mee. porta ꝑadisi est mors. hec porta dn̄i iusti non solū peccatores transibunt per eā. Et non ꝓmittit. xij. denarios vel vnū florenū ꝫ regnū celeste cui nihil est cōparabile. Auctoritas xp̄i dicentis. Tollite iugū meū super vos ⁊ discite a me quia mitis sū ⁊ humilis corde. ⁊ inuenietꝭ requiē animabꝫ vestris. Iugū enī meū suaue est ⁊ onꝰ meū leue. Mathei. xi. Nota tollite scꝫ vt bos vel portitor ꝓpter lucrū. Si dicat̄ dn̄e ⁊ q̄modo portabimꝰ dicit. discite a me q̄ mitis sū ⁊c̄. dn̄e qd̄ salariū dabitis nob̄. respondit inuenietꝭ requiē animabꝫ vestrꝭ dn̄e ⁊ est magni ponderꝭ. Nā iugū meū suaue est ⁊ onus meū leue. ¶ Tercia spēs est de p̄nia. ⁊ ista ostendit̄ in cōfessione. ista venit ex consideracōne ⁊ memoria peccatoꝝ ⁊ penaꝝ ex peccatis debitoꝝ quando enim homo magnꝰ dominus vel paruus religiosus vel secularis cogitat de peccatis suis dicens. O miser gentes honorant me ⁊ ego sum talis ribaldus q̄ feci hoc ⁊ hoc ⁊ sic cor humiliat̄ ad penitēciam ⁊ venit ad confessorem ⁊ flectit genua quia ita debet fieri dicens Pater ego sum vnꝰ magnus peccator ꝓditor contra deū quia fregi sibi fidē ꝓmissam in baptismo. feci voluntatē dyaboli ⁊ cōfessor stat pro tribunali. Ecce humilitas penitencie. Nota de hoc similitudinē in natura de pauone superbo qui superbit quādo respicit plumas suas ꝫ quādo videt suos

pedes turpes humiliat̃ ⁊ deponit caudam
eleuatã. Sic est de nobis quãdo respici-
mus plumas nostras pulchras. cor sup-
bit quando homo cogitat gen⁹ suum vel
corporalẽ pulchritudinẽ vel fortitudinẽ
vel ornatuz vestimentoꝝ sicut mulieres
vel diuicias honores. Iste plume dant
cordi superbiã. ꝫ respiciat̃ modicũ pedes
corruptos quot peccata ⁊ corrupcõnes
fecistis q̃ si ad lumen venissent ⁊ fuisset
factus ꝓcessus. iã fuissetis tociẽs com-
bustus ⁊ sic humiliabit̃ cor ad confiten-
dum peccata. Ideo d̃t scriptura humilie
mus illi aĩas nostras ⁊ in spũ contrito ⁊
humiliato seruiẽtes illi dicam⁹ vt scd̃m
suã voluntatẽ sic vobis fiat Judith. viij
Nota humiliem⁹ illi aĩas nostras qꝛ hu
militas corporis sine humilitate anime.
pocius est ypocrisis q̃ꝫ humilitas. Et in
spũ contrito Ecce cõtricio cordis Et hu
miliato. Ecce cõfessio oris. seruiẽtes illi
scꝫ in penitencia. ieiunando. abstinendo.
orando ⁊c̃. quia melius est corrigere fi-
lium scꝫ corpus ꝓpriũ virga penitẽcie q̃ꝫ
si sagiones iferni ⁊c̃. Ideo xp̃s Dico vo
bis ꝙ nisi penitenciaꝫ egeritis oẽs simul
peribitis. Luce. xiij. Ergo humiliami ⁊c̃.
¶ Quarta spẽs est humilitas d̃ pacĩa q̃
ostendit̃ in tribulacõne. ista venit ex consi
deracõne ĩpossibilitat̃ fugiendi man⁹ dei
quãdo deus dat aduersitatẽ ĩmittens in
firmitatẽ paupertatẽ. ꝑdicõnem bonoꝝ
vel filioꝝ non debet̃ murmurare contra
deũ. ꝫ dicere pacient̃ dñe sit ĩ remissionẽ
peccatoꝝ meoꝝ. dñe exquo placet vobis
ego recipio pacient̃ ⁊ sic homo facit de ne
cessitate virtutẽ. Ita fecit ille scũs Job
q̃ in vna die perdidit septem milia oues
tria milia camelos. q̃nq̃ginta iuga boum
⁊ q̃ngentas azinas. septẽ filios ⁊ tres fi-
lias quas dñs oppressit. ⁊ quãdo nũcia
tum fuit sibi. dixit. dñs dedit domin⁹ ab-
stulit. sicut dño placuit ita factum est sit
nomen dñi benedictuz. Job. p̃mo. Ista

est humilitas pacientie. De ista est exẽ-
plum ĩ natura de caniculo q̃ fecit aliquid
⁊ domin⁹ recipit virgã contra eum ⁊ ca
nis ꝓsternit se ĩ terra quasi instinctu na-
turali cogitat quo fugerẽ quis daret mi
chi vitã. Secus de magno cane rusticali
qui fugeret ad maccella. Ita de nobis
deus tenet virgã correctionis cõtra nos
⁊ ꝑcutit ⁊ ferit te quãdo dat tibi aliquã
tribulacionẽ ⁊c̃. Ideo humilia te vt ca-
niculus ⁊ sic dulcorat̃ cor domini ⁊ ꝓicit
virgã. Sed cauete ne faciat̃ vt mostin⁹
seu alanus q̃ quando datur sibi panis a
suo domino facit sibi ludũ de cauda. Sꝫ
si domin⁹ recipiat virgã contra eũ statim
monstrat sibi dentes ⁊ nõ vult redire ad
dominũ suũ. Sed tunc dñs dimissa vir-
ga cũ ense, vel lancea ꝑcutit eũ. Ideo d̃t
scp̃tura omne qd̃ tibi applicatuz fuerit ac
cipe ⁊ in dolore sustine ⁊ in humilitate
tua pacientiã habe. Ecclesiastici. ij. ¶
Quinta est humilitas sapĩe que ostendi
tur in cõuersacõne. ista venit considerãdo
sup̃bie periculũ ⁊ humiliacõnis securita-
tem. Ideo magna sapĩa est viuere humi
liter in ꝫ mundo ⁊ magna stulticia viuere
superbe ⁊ pompose. hoc declaro per talẽ ca
sum ponatur casus ꝙ rex vel papa faciat
magnũ conuiuiũ in palacio suo ⁊ omnes
inuitati habeant intrare ꝑ portã paruulã
⁊ bassã. Nunq̃d esset stult⁹ si aliq̃s vellꝫ
intrare capite erecto nolens se humiliare
talis eni lederet caput suũ. Ita in ꝓposi-
to. omnes simul inuitati ad conuiuiũ re-
gis xp̃i ⁊ pape in palaciuz paradisi. Dicit
eni xp̃s. venite ad me omnes q̃ laborat̃
⁊ onerati estis ⁊ ego reficiã vos Mathei
xi. Et porta per quã habemus intrare est
stricta vt dicit christus. Quã angusta ẽ
porta ⁊ arta via que ducit ad vitam. ⁊
pauci sunt qui inueniunt eam. Mathei
septimo. Ergo si volumus illuc intrare.
oportet nos humiliare de pompis vani-
tatibus superfluitatibus ⁊ iniquitatibus

solum recipiendo necessitates. nō delecta
ri debem⁹ nimis in negocijs huius mūdi
Ideo dt scptura. Quanto magn⁹ es scz
in genere. honore. scia vel dignitate humi
lia te in omnibꝰ. Ecclesiastici.iij. Nota
humilia te in omnibꝰ.

¶ Dominica tercia. Sermo scds

Hic peccatores
recipit ⁊ manducat cū illis Lu-
ce.xv. Nota ꝙ euuangeliū hodernū ostē
dit nobis q̄tuor de xp̄o. de quo loquitur
thema dicens. Hic peccatores recipit.i.
xp̄s in sua cura vt medicus īfirmos
Primo ꝙ est magister celestiū
Scdo ꝙ est medicus sp̄ualis
Tercio ꝙ est pastor humane nature
Quarto ꝙ est dn̄s tocius vniuersi
Primo igit̄ ostendit̄ nobis in scō euuan
gelio ꝙ ihesus est ⁊c̄. hoc ostendit̄ in pri-
ma clausula. cū dr. Erant appropinquā
tes ad ihesū ⁊c̄. publicani sunt publici pec
catores. peccatores sunt q̄ veniebant ad
deū. ꝫ licet peccatores secrete peccabant.
Sed uolebāt xp̄m sequi ꝓpter suā p̄di-
cacionē. ⁊ hoc ostendit̄ cum dt vt audi-
rent illū. ⁊ in hoc dico innuit̄ de eo ꝙ est
magister celestl. tres enī magistri fuerūt
ꝫ xp̄s fuit mgr̄ celestl. ¶ Prim⁹ fuit ter
renalis scz moyses q̄ dr terrenus quia in
tellectus potest capere q̄ docuit vt cū di
cit Deutrono. vi. Audi israhel dn̄s deus
tuus vn⁹ est. diliges dn̄m deum tuū ⁊c̄.
omnis enī creatura concedit ꝙ est vn⁹.
⁊ ideo dr terrenus. quia terrena ꝓmitte
bat ⁊ nihil celeste. Unde iohis.iij. q̄ de
terra est. de terra loquitur. ¶ Scds ma
gister fuit celestis. qr est de eo vt de do-
ctore parisiensi vel colonieñ. xp̄s in celo
eternus cū patre existens. Sed veniens
in hunc mundū indutus hūanitate. ince-
pit legere secreta magna. videlicet ꝙ ille
deus de q̄ fuerat loquut⁹ moysi esset tri-
nus in personis siue tres persone cum dt
tres sunt q̄ testimoniū dant ī celo. pater
verbū ⁊ sp̄ūssanctus ⁊ hij tres vnū sunt.
p̄ma iohānis. v. Itē moyses ꝓmisit ter
rena. ꝫ in doctrina xp̄i non īuenietis ꝙ ꝓ
miserit terrena. ꝫ tantūmodo celestia. ⁊
hoc cum dt. Beati pauperes sp̄ū. quoniā
ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Mathei. v. Hic
incipit nouū testamētum. q̄ fecerit volun
tatem patris mei q̄ in celis est ipse intra-
bit in regnū celoꝝ Mathei. vij. Itē non
ordinauit sacrificiuz terrestre vt faciebāt
sacerdotes antiq̄tus Sed ipse semetipsū
in hostia cōsecrata. Facta enī consecracio
ne ⁊ verbis cōsecracōnis a sacerdote ꝓ-
latis ibi est de⁹ ⁊ homo. Est enī in sacra-
mento eukaristie totus xp̄us. Nā ibi est
corpus xp̄i diuinitas xp̄i ⁊ aīa xp̄i ⁊c̄. de
quo vide sanctū Thomā.iij. ꝑte.q.lxxvi.
arti.p̄mo. Ideo de veteri sac̄mento siue
sacrificio dicit. nō est mihi voluntas in
vobis dicit dn̄s exercituum ⁊ mun⁹ non
suscipiā de manu vestra. Malach̄.p̄mo.
ab ortu solis vsq̄ ad occasum magnū est
nomen meū in gentibus vsq̄ q̄ deuorat.
Ideo dr magister celestis. ideo dixit illi
nichodem⁹ Rabi scim⁹ quia a deo venisti
mgr̄ nemo enī ⁊c̄. Joh̄.iij ¶ Terci⁹ fuit
mgr̄ infernalis. Rex sup oēs filios sup-
bie. ⁊ iste venit ad cōsiliandū machome-
tum q̄ on̄dit ei infinita mala. maxime de
luxuria ita ꝙ si non p̄t habere mulierē ꝙ
haberet viꝝ. Et ecce mgr̄ infernal'. No-
ta historiā de h̄ Math̄.xxij. de secta sadu
cheoꝝ q̄ ex vna ꝑte erant iudei. ⁊ ideo ti
mebant sectam sarracenoꝝ. q̄uis adhuc
nō essent sarraceni ⁊ accesserunt ad xp̄m
faciendo sibi questionē de muliere q̄ ha
buerat septē viros q̄bus dixit rn̄dendo.
erratis nesciēdo scp̄turas neq̄ vtutē dei
In resurrectōe enī nō nubent neq̄ nuben
tur Ido poterat dicere nemo ascendet in
celū nisi q̄ descēdit de celo Joh̄.iij. nemo
ascendet ī celū. scz ꝓmittēdo celestia ꝫ
terrena. Ido si terrena dixi vob̄ ⁊ nō cre

ditis ꝛc̄. et hoc per moysen. ¶ Secundo ostendit̄ in euuāgelio ꝙ xp̄s est medic⁹ spūalis dando medicinā plagis ꝛ vulneribus peccatoꝝ nostroꝝ ꝙ ostendit̄ cum d̄r scribe ꝛ pharisei murmurabāt dicētes quia hic peccatores recipit ꝛ māducat cū illis. q̄ rep̄hendebant īiuste eū. Medic⁹ enī cū quibus debet habitare cū sanis vel cū infirmis. Nulli dubiū q̄n medicus infirmis necessari⁹ ē. Unde Aug⁹. magn⁹ ad nos venit de celo medic⁹ quia ī mūdo vbiq; iacebat egrot⁹. hoc ideo d̄t hic scz xp̄s peccatores recipit quō iste medic⁹ curat vulnera ꝛ de hoc habet̄ sermo in die cinerū qñ scz recipit in cura sua aliquē cuz ieiunas. vnge caput tuū ꝛ faciem tuā laua ꝛc̄. ¶ Tercio ostendit̄ in euuāgelio ꝙ xp̄s est pastor humane nature ꝛ hoc ostēdit in sollicitudine ouiū. cū dicit erat quidam habēns oues ꝛ ꝑdidit vnā ꝛ dimisit nonaginta nouē. Iste pastor est xp̄s qui dicit. Ego sū pastor bon⁹ Joh. x. Tunc perdit̄ vna ouis qñ vnus hō ꝓpter aliqd̄ peccatū perdit̄. vtputa qñ vides vnā mulierem quā cōcupiscis ꝛc̄. Unde maxime sunt duo peccata q̄ faciunt perdere ouem Primū est iurare enormit̄ Scd̄z est ludus taxilloꝝ. per ista duo peccata ꝑdunt̄ q̄plures oues. veniūt ex istis mortalitates ꝛ fames. ideo dicebat dauid. Erraui sicut ouis que perijt ꝛ ideo qñ ouis redit ad ouile est magnū gaudiū in celo. ¶ Quarto ostendit̄ in euuāgelio ꝙ xp̄s ē dñs vniuersalis cuz d̄r. que mulier vsq; ibi. penitenciam agente. Ista mulier dña decē dragmaꝝ est mīa xp̄i siue misericordia xp̄i vocat̄ mulier quia cōmunit̄ mulieres habent cor piū ꝛ misericordiores sunt viris. ꝛ ideo xp̄s cōparat suā misericordiā mulieri. Nota decē dragme sunt decē creature in quib⁹ est ymago diuine bonitat̄ ꝛ sunt nouem ordines angeloꝝ scz angeli. archangeli ꝛc̄. ꝛ natura humana. ꝛ sicut in dragma est ymago regis sic in istis similit̄. Nā deus non posuit ymaginem suā in aqua nec in terra. nec in aere. Sed in creatura hūana. Sed decima dragma fuit perdita. scz natura humana ꝓpter peccatū p̄mi hominis Nota sic fuit Sicut si tu haberes captiuū ꝛ captiuā. similiter oēs filij essent captiui. Sic similiter qñ adā ꝛ eua vendiderūt se dyabolo ita ꝛ oēs eoꝝ sequaces. Ideo mulier scz misericordia dei. accendit lucernā scz xp̄s nam sicut in candela sunt tria. scz cera filum ꝛ lux. ita in xp̄o sunt tria. scz cera humanitat̄. filū anime sensitiue. ꝛ lux diuinitatis. De ista candela d̄t dauid ī psalmo q̄modo tu illuminas lucernaz meā dñe deus meus illumina tenebras meas. ista candela euertit domū in mundo p̄dicando ieiunādo ambulando ꝛc̄. ꝛ inuenit eā in die veneris scā. ideo d̄t vicinis suis. i. angelis creatur̄ ꝛc̄. Congr̄tulamini michi quia inueni ouē quā perdiderā ꝛc̄.

¶ Dominica tercia. Sermo. iij.

Que mulier habēs dragmas decē Lu. xv. Sermo nr̄ erit de scō euuāgelio quod cōtinet magna secreta sacre scp̄ture ꝛ multas bonas doctrinas notabiles. Sed p̄mo salutetur beata v̄go maria. Sequit̄ q̄ mulier hñs ꝛc̄. In isto euuangelio xp̄s ostendit̄ excellere in q̄tuor excellēcijs siue modis

Primo oñdit̄ vt mgr̄ celestialis
Scd̄o vt medicus spūalis
Tercio vt pastor virtualis
Quarto vt dñs vniuersalis

De istis excellēcijs d̄t thema. Que mulier hñs ꝛc̄. ¶ Primo oñdit̄ sicut mgr̄ celestialis vt sup̄. Si enī moyses audiēdo v̄ba dei stetit. xl. diebꝫ ꝛ totidē noctibus in q̄b⁹ nō māducauit neq; bibit q̄to magl̄ stare debēt q̄ ipsū viderūt ꝛ cū ipso comederūt ꝛ audierūt. q̄r erat hō ꝛ erat inter eos loquēs ꝛ cōuersans. Ecce quō

vt essemus in illo conuiuio. faciam⁹ ergo
nos vt rapaces q̃ post prandiũ domino-
rum ꝑquirũt fragmẽta in sportis qꝛ dici
tur ꝙ colleger̃t septẽ sportas. septẽ spor
te nobis diuise sunt septẽ opera peniten-
cialia de q̃bus saciari debem⁹ in hoc mun-
do. ¶ Prima sporta est cõtricio cor-
dialis frusta sunt dolores cuiuslibet pec-
cati ⁊c̃. ¶ Secũda confessio oris q̃ꝫtũ
cunq̃ꝫ sint verecunda opera frangẽda sũt
⁊ aperienda in cõfessione. ¶ Tercia ẽ

afflictio corporis. vt ieiunia. ciliciũ
Quarta est orõ spũs non solũ ore sed ⁊
spũ orandũ est. ¶ Quinta est restitu
cio de iniusto. ¶ Sexta est remissio in
iuriaꝝ quia castra tua forcia non valent
tibi ꝓ salute aĩe. ¶ Septima ẽ cõmu
nio ⁊c̃. Et post istud prandiũ veniemus
ad prandiũ ꝑadisi in mẽsa xp̃i vbi erit re
fectio sine defectu. Ideo xp̃s. Vos estꝭ
qui ꝑmansistis mecũ ⁊c̃. Luce.xxij. vel si
vis potest dicere ꝙ iste septẽ sporte sunt
septez dona spũssancti. de q̃bus Ysaie.xi.
Spũs dñi spũs sapiẽtie ⁊ intellect⁹ spi
ritus cõsilij ⁊ fortitudinis. spũs sciẽtie ⁊
pietatis. spũs timoris dñi. spũs sapiẽcie
Ecce hic vn⁹ panis ad cognoscẽdũ deũ
⁊ potenciã sapienciã ⁊ clemenciã ⁊c̃. spi
ritus intellect⁹. Ecce alius panis ad in
telligendũ secreta diuine scp̃ture. Spiri
tus consilij ad eligendũ bona ⁊ extirpan
dũ mala. Spũs fortitudinis panis ad
corroborandũ cõtra dyabolicas tẽpta
ciones. Spũs sciẽcie ad discernendum
bonũ a malo. Spũs pietatꝭ ad subueni
endũ pauperibꝫ ⁊ ꝑsonis miserabilibus
Spũs timoris dñi vt quilibet sciat se p̃
seruare a peccato ⁊ dyabolicis tẽptacio
nibus. Ecce hic septẽ panes vel septem
sporte ⁊ septẽ dona spũssancti.

¶ Sermo secũdus de effectu gracie
dei de eadẽ dominica

Gracia dei vi
ta eterna. Ad roma. vi. ca.
originaliꝫ. recitatiue vero in
epistola currentꝭ dominice scribiꝫ/ verbũ
istud dat mihi motiuũ p̃dicandi de neces
sitate habendi g̃ciã dei ⁊ de vtilitate quã
facit in ꝑsonis. Materia est subtilis ⁊ in
tricata. habebim⁹ speculacõnes theologi
cales ⁊ materias morales. Saluteꝫ vir
go maria. deinde resumaꝫ thema. Que
stio subtilis est in theologia de gracia dei
⁊ est ista. Si aliqua ꝑsona humana in h̃
mundo ex bonis operibꝫ q̃ facit seruiẽdo
deo ⁊ ꝓximo si ex illis operibꝫ potest con
sequi gloriã eternã. huic questioni respõ
detur ꝑ distinctionẽ sic. quia talia bona
opera possunt duplicit̃ cõsiderari ꝑm ꝙ
ꝓcedunt a p̃ncipio creato vel a p̃ncipio
creatore. Si vero considerent̃ ꝑm ꝙ ꝓ
cedunt a p̃ncipio creato scz ab hoie vel
a libero arbitrio qñ homo ex ĩtellectu iu
dicat talia bona opera fienda ⁊ libero ar
bitrio eligit illa ⁊ placẽt sibi ⁊ operaꝫ ea
tunc dr̃ ꝙ inq̃ztũ a tali p̃ncipio ꝓcedũt
nõ sufficiunt aliq̃ bona opa ad habendũ
gloriã eternã. Rõ quia tanta est digni
tas ⁊ excellencia glorie. ꝙ posse creature
nõ sufficit ad ꝓducendũ illã nec ad dan
dũ illã sicut equus nõ potest generare ho
minẽ nec homo angelũ. nec angel⁹ celum
quia est vltra suã speciez ⁊ virtutẽ. Ita
nec hõ per suũ liberꝫ arbitriũ opando bo
na opera potest cõsequi vitã eternã consi
derando illa opa vt dictũ est scz inq̃ztuz
ꝓcedunt ex libero arbitrio ⁊ quo ad eoꝝ
substãciã/ tñ homo ꝑ liberꝫ arbitriũ opan
do ꝓducit alios magnos effect⁹ sibi ꝓpor
cionatos sicut claritatẽ intellect⁹ ad in
telligendũ ⁊ sciendũ/ licet ꝑsona q̃ viuit
in peccatis intellectũ habet obscuꝝ tene
brosuz ꝑ mala desideria. ⁊ ĩfirmitatẽ me
morie quia q̃ dat se luxurie ⁊ peccatꝭ me
moriã habet debilẽ ⁊ debilẽ voluntatez
ad bonas inclinacõnes ⁊ bene operandũ.
Itẽ hõ sine grã p̃t facere opera ad con
seqnẽdũ sanitatẽ ĩ corpore quia ita sunt
opa ꝓporcionata libero arbitrio/ de h̃ vi
de scm̃ tho. p̃ma scd̃e. q. cix. ar. p̃mo ⁊ scd̃o.
Itez p̃t ex bonis opibꝫ leticiã habere in
aĩa qꝛ sic̃ sanitas corporꝭ letificat ita sani
tas aĩe vt est grã letificat animã Itẽ p̃t
cõsequi bonã famã ⁊ multa alia bona q̃
sũt effect⁹ ꝓporcionati taliũ bonoꝝ operꝝ
h̃ ñ ad vitã eternã habẽdã qꝛ ñ ẽ ꝓporcõna
ta talibꝫ operibꝫ. Iuxta ĩtellectũ hũc loq̃t̃
scriptura. Nõ sunt ꝯdigne passiones hui⁹

tpis ad futaz gl'iaz q̄ reuelabit̄ in nobis ad Ro. viij. Si vo volum⁹ loq̄ de illis opib⁹ inq̄ntū opa bona ⁊ vtuosa proce dūt a p̄ncipio creatore scz deo q̄ scz illuī nat supnat̄aliter volūtatē ⁊ memoriam ad bona opa opanda. sic sufficiūt ad vi tam eternā hn̄dam. qz p̄ncipiū est de⁹ p gr̄am opans in hoīe. De hoc vide sanctū tho. j. ij. q. cxiiij. ar. iij. Hoc declarat̄ p exē plū de fonte ab alto descendēte. Si que rat̄ an illa aq̄ possit ascendere oportet per distinctionē respondere qz si volumus lo qui de aq̄ inq̄ntū est elementū pondrosū p se nō potest ascendere q̄ntū descendat Si vo loq̄mur de aq̄ inq̄tū ꝓcedit de al to loco. dico ꝙ pōt ascendere qz naturali ter aq̄ ascendit q̄ntū descendit. Ita si de opib⁹ q̄ fiūt in hoc mundo volumus lo qui respectu p̄ncipij creati scz hoīs p quē fiūt nō possunt talē effectū ꝓducere vt. s. gl'ia habeat̄ qz non sufficit virtus nature. Si vero loq̄mur inq̄tum ꝓcedunt ab al to scz a principio creatore sic sufficiūt ad vitā eternam habendam. Et iuxta istum intellectū dicebat xp̄s aq̄ scz gr̄a qz refri gerat ⁊ purificat a peccatis q̄m ego dabo ei scz homini fiet in eo fons aque salient̄ in vitā eternam Johannis q̄rto. Patet questio. Ido dicit thema gratia dei id est per gratiam dei vita eterna supple habet̄. De hoc etiam vide sctm̄ tho. j. parte que stione. xij. ar. iiij. Ex gratia dei mlti effec tus ⁊ vtilitates sequuntur in homine sed solum loq̄r modo de trib⁹ principalibus qz gratia dei.

Prīo facit hoīez exire de pectō mortali. Scdo gr̄a dei ꝯseruat hoīez in vita spūali. Tercio gr̄a dei facit venire in gloriam ce lestialem. ¶ De tercio loquit̄ thema gra tia dei ⁊c. Dico primo ꝙ gr̄a dei facit ho minē exire de pctō mortali volo dicere ꝙ null⁹ pōt exire pctm̄ mortale nisi per gra tiam dei. qz licet quelibet persona per suū liberz arbitrium possit cadere in peccatum mortale per suam naturalem potentiam. Tamen de peccato nō potest exire nisi per gr̄az dei. Ratio naturaliter quelibet res redit ad suum principium naturale vnde formata est. Sicut de lapide quem tene rem in manu si eum dimitterez naturalit̄ descenderet. Sed non potest per suam na turalem potentiaz ascendere. Idē de ani malib⁹ format̄ de terra ad terrā reuertū tur naturaliter. Cuncta subiacent vanita ti ⁊ omnia pergunt ad vnum locū de ter ra facta sunt ⁊ in terram reuertunt̄. Eccl̄ iij. Modo videamus. homo de q̄ est fac tus quantum ad corp⁹ de terra vt dicit̄. Genesis. ij. Formauit deus hominem d̄ limo terre. Ideo ad terram habet reuerti Genesis. iij. Reuertaris in terrā de qua sumptus es quia puluis es ⁊ in puluerē reuerteris. ¶ Quantum vero ad animā in qua stat gratia dei vel peccatum nō pos sumus dicere ꝙ sit creata de aliquo ele mento nec de materia celi. ꝫ de nichilo. Ergo naturaliter ad nichilū redit scz ad deficiendum errandum seu peccandū per se nec indiget magistro. sed postq̄m erra uit seu peccauit per se redire nō potest. qz non est de natura sua seu condicōne. Sz si fuisset creata de gratia per se rediret ad gratiam. Si de materia celi per se rediret ad celū. Sed quia creata est de nichilo p se redit ad nichilum auctoritas. Perdi tio tua ex te israhel tantummō ex me auxi lium tuū Osee. xiij. Israhel. i. homo vidēs deum Is. i. homo. ra. i. vidēs. el. i. de⁹. Iste est xp̄ianus qui p fidem videt deum. quia iudeus cecus est. qz nec oculo dextro ani me videt xp̄i diuinitatem nec sinistro cri sti humanitatem. Est hic questio ad cla rificandū aliq̄s in hoc dubitantes. Quid est p̄mū in aīa remissio pectōꝝ an gr̄a dī Si dicatis ꝙ gr̄a p̄cedat remissionē pec catoꝝ ergo simul stat gratia cū peccatis. Si dicat̄ ꝙ remissio peccatoꝝ p̄cedat ad uentū gr̄e ḡ sine gr̄a iā est remissio pcōꝝ

Et sic gr̃a nõ erit cã remissionis peccatoꝝ.
Respondet̃ per distinctionez. Nam esse
prius vel posteri⁹ põt capi dupliciter vel
ꝟm ordinem temporis vel duracõnis vl̃
ꝟm ordinem causalitatis ⁊ disposicõnis.
Primo simul sunt ⁊ in eodẽ instãti gra-
tie infusio ⁊ peccatoꝝ remissio. Sed ꝟm
ordinẽ causalitatis infusio gratie p̃cedit
remissionem pctõꝝ. Scd̃m vo ordinez
disposicõnis remissio peccatoꝝ precedit ĩ
fusionem gratie. det̃ exempluz ad oculũ
Si tu mittas in camerã tenebrosam cere-
um accensum q̃d erit pri⁹. illuminacio ca
mere vel cerei accensi ĩmissio. Si loqua-
mur de ordine duracõnis ⁊ tp̃is sil̃ sunt
illuminatio camere ⁊ tenebraꝝ expulsio
ꝟm ordinẽ duracõis. Sz ꝟm ordinẽ cau
salitatis illumĩatio precedit tenebraꝝ ex
pulsionẽ qꝛ lux est causa q̃ fugant̃ tene-
bre. Patet ergo quare dicit perdicõ tua
⁊c̃. De hoc vide sctm̃ tho. j. ij. q. cxiij. agit ubi
de impij iustificacõne Inqua dicit ꝙ in in
stanti fit impij iustificatio in qua quatuor
ꝯcurrũt scz motus. li. ar. in deũ. motus. li
ar. in peccatũ. infusio gratie. ⁊ culpe remis-
sio. Ibi etiam oñdit questiones Inter ista
etiaz est ordo nature q̃uis simul fiant in
eodẽ instãti ¶ Dicat̃ pulchra similitudo
ad intelligendũ istã materiã. Si h̃ esset
magn⁹ puteus ⁊ ꝓfundus quilibet vr̃m
potest se in illo ꝓicere ꝫ inde nõ potest exi
re sine adiutorio alicuius cũ corda vel cũ
scala ⁊c̃. In abissum ⁊ puteuz peccati qui
libet ꝑ suũ liberꝝ arbitriũ potest se ꝓicere
Sed ad exeundũ inde optet ꝙ deus sub-
mittat scalam gr̃e sue q̃ mittit qñ ꝑsona
que iacet in abisso peccati clamat dñe ad
iuua me ⁊ dicit. miser q̃d erit de me ego
sum ⁊c̃. Tunc deus mittit scalaz sue gra
tie. xij. habens gradus. Primus est pec-
catoꝝ ꝯgnitio. Scd̃s cordis ꝯtritio. Ter
cius ꝓpositũ nõ redire. Quart⁹ recedere
a mala societate. Quint⁹ oris confessio
Sextus corꝑis afflictio. Septimus spi-
ritualis oratio. Octau⁹ elemosinaꝝ lar-
gitio. Non⁹ ablatoꝝ restitutio. Decim⁹
iniuriaꝝ remissio. Undecim⁹ fame repa-
ratio. Duodecimus eukaristie cõmunio
¶ Ecce scala qui vult exire de puteo ꝓ-
fundo peccatoꝝ ea vtatur. Ex ista ratio-
ne apostolus qui ceciderat in puteũ infide
litatis de quo exiuit ꝑ gratiaz dei dicebat
Ꝑsecutus sum ecclesiã dei. O in quo pu
teo iacebat gratia autem dei sum illud
qd̃ sum. j. ad Corinthios. xv. ¶ Dico se
cundo ꝙ per gratiam dei cõseruat se homo
in vita spũali. qꝛ licet per gratiam dei ho-
mo exierit peccatum ⁊ redierit ad bonaz
vitam tñ nõ posset homo se in bona vita
ꝯseruare nisi per gratiam dei. Racõ quia
tanta est fragilitas ⁊ tot sunt carnis incli
nacõnes. mundi occasiones. dyaboli tẽp-
tacõnes ꝙ miꝝ est ꝙ aliquis possit tene-
re bonam vitam in tm̃ ꝙ dauid in gratia
dei ⁊ bona vita existens dicebat. Quis
consurget michi aduersus malignantes
scz carnis. i. male ignite inclinacõnes aut
quis stabit mecum aduersus opantes in
iquitatem scz occasiones mundi ⁊ temp-
tacõnes dyaboli. nisi qꝛ dñs adiuuit pau
lominus. i. post modum habitasset ĩ infer
no anima mea in p̃s. deus vltionũ pericu
lũ illius qui tenet bonam vitaz potest ꝓ
bari ꝑ silitudinem anphore vitree in alta
columpna posite posito tali casu ꝙ sit an-
phora plena prunis ignitis. scd̃o vt mag-
no ĩpetu venti impellat̃. tercio ꝙ ab omĩ-
bo in eã lapides ꝓiciant̃. tal̃ anphora essz
in magno ꝑiculo ymo esset miꝝ si nõ ca-
deret ⁊ ꝯteret̃ ꝯsiderata sua fragilitate ⁊
ꝯsiderata ꝯmocõne eꝰ ꝑ ventum ⁊ lapi-
des. Ita in ꝓposito cogitate ꝙ ꝑsona que
est in gratia dei ⁊ bona vita est vt anpho
ra in alta columpna posita. ꝫ est de vitro
Imo vitro debilior. Qꝛ sic ꝓbat augu-
stinus. quia anphora vel cantarus si re-
ponatur in armario vel aliquo tuto loco
conseruabit̃. l. vel centum vel mille annis

Dnica VII. p⁹ trinitatis Sermo. II.

Custodiamus nos. nō possum⁹ diu ꝯseruari
Hoc patet de regibꝰ ⁊ prelatis qui opti
me custodiūt se ⁊ habent suos medicos
tñ ita cito moriunt̄ sic̄ ceteri. Sumus sic̄
aqua defluens. scd̄a Regū. xiiij. Omnes
morimur ⁊ q̄si aqua delabim̄ in terrā q̄
nō reuertit̄ ꝓpter ꝯtinuū fluxū ad mortē ¶
Scd̄o sūt inclinacōes homīe ipsius car
nis. Ecce prune ignite. Nam s̄m docto
res inclinacōnes dicunt̄ fomes igniculꝰ
ꝯcupiscibilitas peccatuꝫ originale que añ
baptismū sunt culpa ⁊ pena. Sed baptis
mus lauat culpam vel peccatū. s̄ relinq̄t
penaꝫ. qꝛ ad huc post baptismū remanet
fomes igniculus ꝯcupiscibilitas que idez
sunt ⁊ talis igniculus in nullo hoīe in hac
vita fuit vnq̄ extinctus nisi in xp̄o ⁊ vir
gine maria nō in iohe baptista seu euuan
gelista nec ī alijs. Ista pruna flāmat qū
homo temptat̄ de luxuria ⁊ in signum hꝰ
gena rubescit ⁊ sicut adflatū follis accen
ditur sic aspectu mulieris hō inflāmatur/
nō nunq̄ mirꝫ est quō ꝑsona nō stati cor
rūpit̄ ꝑ pc̄tm̄ ꝗ nec̄riū est ꝙ gr̄a dei ꝑso
nā ꝯseruet. Ideo dic̄ sapiens Eccl. lj. Libē
rasti me a pressura flāme que circū dedit
me ⁊ in medio ignis nō sum estuatus ¶
Tercio venti īpellentes sunt tēptacōnes
dyaboli ⁊ magne ⁊ fortes q̄ diruūt tur
res ⁊ castra q̄les erant adam ⁊ eua in sta
tu īnocentie ⁊ tñ vento temptacōnis dya
boli dirute sūt. Qualis turris fuit samp
son ⁊ modica tēptacōne diruta est Qua
les turres fuerūt dd̄ ⁊ salomō ⁊ tñ vēto
tēptacōnis dirute sūt. O vos miseri q̄d
faciet vitrū fragile ad tm̄ impetum venti
temptacōnum. De q̄ dicit scriptura, ecce
dn̄s grandis spiritus sumit̄ hic ꝑ vento
⁊ fortis subuertens montes ⁊ cōterens
petras. iij. Regum. xix. ¶ Item proiciū
tur lapides/ verbi gratia religiosus q̄ vult
viuere s̄m regulam ⁊ constituciones q̄s
vouit est vt anphora in columpna posita
statim alij qui nichil seruant sicut vadunt

ad infernū volant ꝙ om̄s vadunt cū eis
⁊ proiciunt lapides scꝫ derisiones. O di
cit vnꝰ talis ypocrita singularis hoc facit
vt habeat missas sancti amatoris. O q̄m
pulchrum ⁊c̄. lapidet̄. Sed d̄ religioso q̄
est totus ribaldus ruffianus nullus dicit
sibi aliquid nec curant de eo Imo vos cō
mendatis tales dicendo cognoscitis ta
lem fratrem. O gratissimus homo est in
uitauit me ad cellam suam ornatam ⁊c̄.
dedit michi vinum album ⁊c̄. Idē de cle
rico qui vult stare super columpnam bo
ne vite ⁊ surgit de nocte ad matutinas di
cit missam suam ⁊ officium deuote. vitat
locutiones mulierum ⁊ occasiones pecca
torum talis deridetur. Idem de laycis di
cendū est. Si aliquis miles vel ciuis vel
alius non vult iurare nisi per aduerbia nō
curant de vanitatibus aliorum vadit ad
ecclesiaꝫ ⁊c̄. Statim per alios deridetur
etiam si non habet vxorem non inueniet.
vel volentem eum recipere. Item de ali
qua muliere si vult dimittere vanitates
statim alie derident eam etiā sorores car
nales. O domīa benigna vult vocare sāc
tos ⁊c̄. Imo aliqui viri derident vxores
quando vident eas orantes cum tamen
deberent gaudere. quia mulieres melius
custodiuntur deuotione q̄ timore. ⁊ per
oppositum alique vxores derident viros
deuotos. Ideo dicit apostolus Om̄es q̄
pie volunt viuere in Cristo ihesu persecu
tionem patientur scd̄o ad Thymotheum
tercio. Sed nimis est debilis qui ꝓpter ta
lia dimittit bonam vitam vel non audet
eam incipere. Isti male pugnabunt tem
pore anticristi. Ideo apostolus quando
fuit in gratia cui dicebantur multe iniurie
Unus dicebat vere nō est apostolus. qꝛ
non fuit cum Cristo in societate. Alius
dicebat ve malꝰ homo est ⁊ cetera. Dixit
gratia dei in me vacua nō fuit. Sꝫ habū
dantiꝰ illis oībꝰ laboraui. j. ad Coꝝ. xv.
¶ Dico tercio ꝙ gratia dei facit hominez

venire ad gloriam eternam. Ex quo p̄ g̃
nam dei homo exiuit peccatum mortale
⁊ se in bona vita conseruauit. Modo vi
deamus qnando anima exit corpus p̄ q̃
potentiam potest venire ad gloriam para
disi ⁊ ad vitam eternam. Ad hoc dicatur
similitudo que habetur Luce. xvij. Si q̃s
de ꝓprijs pecunijs emit vnum captiuū q̃
seruit diligenter domino suo cōseruat bo
na domini ⁊ lucratur. Cum dominus fa
cit testamentum ⁊ dimittit hereditatem
filio suo dimittit captiuum liberꝝ. Si cap
tiuus vellet dicere domino. O domine ⁊
nunq̃d ego seruiui vobis bene. Ideo di
mittatis etiā michi partez hereditatis cū
filio vestro. Respondet dominus si mihi
seruitis bene fecisti. qꝛ debuisti ⁊c̄. Qua
ergo ratione tu petis partem hereditatis
Si talis dominus dimittit partez captiuo
dicte hereditatis. Hoc erit ex magna libe
ralitate ⁊ gratia ipsius domini qꝛ de iure
nō tenetur sibi. Ita est de nobis. Omnes
sumus captiui ⁊ serui dei sanguine cristi p̄
ciosissimo empti. Et si bene seruimus deo
facimus ꝙ tenemur alias ip̄e scit bene pu
nire quando anima exit de corpore. Et ani
ma. Licet sit sancta ⁊ bona venit ad iudi
cium dei ad q̃ dicit deus pater quid vis.
Domīe ꝙ detis michi partem hereditatis
filij vestri Ihesu xp̄i. qnia ego seruiui
vobis diligenter feci hoc ⁊ etiam si mar
tirium sustinuisset dicit deus fecisti ꝙ de
buisti quia seruus ⁊ captiuus meus alias
si nō bene seruiuisses dāpnassem te. Tūc
anima dñe hoc nō peto rigore iusticie. qꝛ
nō mereor. sed per gratiam vestram ⁊ li
beralitatem ⁊ qꝛ hereditas filij vestri om
nibꝫ sufficit. Heredes quidem dei cohere
des autem cristi ad Romanos octauo.
Tunc dicit deus hoc est aliud ⁊ introdu
cit eam in hereditatem ⁊c̄. De hoc Luce.
decimo septimo. Nunquid gratiam ꝑuo
illi qui fecit qd̄ ei imꝑauerat sic ⁊ nos cū
fecerimus omnia ⁊c̄. Serui inutiles su
dicamꝰ

mus. Ideo humiliemur cogitātes ꝙ cap
tiui sumus empti a cristo ⁊ gloriam suaz
habebimus p̄ gratiam ⁊ nulla alia racōe.

Dominica octaua Sermo primus

Attēdite a fal
sis ꝓphetis. Istud verbum
habetur originaliter Math
vij. ⁊ recitatiue in euuāgelio p̄sentis do
minice. Noster sermo erit de presenti do
minica scz de sancto euuangelio. in q̃ tan
gunt̄ bone doctrine speculatiue ad illuīa
cōm intellect⁹. ⁊ morales ad instructōz
vite. Sed qꝛ nulla doctrina hz efficaciā
nisi mediāte diuina gratia. Ideo salutet̄
virgo maria. Et resumat̄ thema In sācto
euuāgelio hui⁹ dñice presentis qd̄ est to
tum verbū ⁊ doctrīa xp̄i nobis ostendit
tres virtutes necessarias ad gubernacio
nem nostre vite. Prima est prudētia ad
vitandū p̄icula humana. Scd̄a est dili
gentia ad cumulādū bona sp̄ualia. Ter
cia est obedīa ad lucrādū premia celestia
In hijs tribꝫ virtutibꝫ stat totū euuāge
liū ⁊ de p̄ma ꝓposui thema. attēdite a fal
sis ꝓphetis. Dico p̄mo ꝙ xp̄s docet ⁊
p̄cipit nobis hr̄e prudētiam ⁊ discrecōm
Rō. qꝛ in hoc mūdo siue vita tot sūt peri
cula aīe ⁊ corpis de quibꝫ dic̄ apostolus
ij. ad Coꝝ. xj. Periculis latronū pericu
lis fluminū ⁊c̄. Ido necessariū est auisa
mentū de prudētia. Hoc oñdit cū dicat
attendite a falsis ꝓphis q̃ veniūt ad vos
in vestimentis ouiū. intrinsecus autē sunt
lupi rapaces. Si aliq̃s dixisset dñe quō
cognoscem⁹ eos. Rñdit. a fructibꝫ eorum
cognoscetis eos. Nunq̃d colligūt de spīs
vuas aut d̄ tribulis fic⁹. Ecce q̃mō xp̄s
auisabat apl̄os ⁊ discipl̄os suos dicens.
Attēdite ⁊c̄. Bñ scitis ꝙ de mala arbo
re non colligitur bonus fructus. Hoc in
nuit cum dicit. Nunq̃d colligunt de spīs
⁊ cetera. Ista verba declarabo per duos
intellectus. Primo fit per intellectum.

lr̄alem. Secundo ꝑ intellectū moralez Intellect⁹ lr̄alis est iste qꝛ apostoli erāt simplices ⁊ nunq̄ꝫ studuerūt. ymo ꝓ maiori parte fuerūt piscatores. ⁊ ne ꝑ doctores legis subtiles deciperentur venientes in ouina simplicitate ad similitudinem deuotaꝝ ꝑsoāꝝ ad illos dixit. Attēdite ⁊c̄ qꝛ lupi sūt rapaces ⁊ cognoscetis in fructibꝫ. qꝛ de spinis. i. malis ꝑsonis nō colleguntur vue. i. boni fructus ⁊c̄. ¶ Est hic questio. qui sūt fructus in quibꝫ cognoscitur de aliquo si sit bonus vel falsus ꝓpheta. qꝛ diceret aliquis fructus qui oñdunt ꝑsonā bonam sūt orōnes ieiunia despectus mundi pauꝑtas humilis gestus ⁊c̄. Dico ꝙ ista nō sūt fructus ꝫ folia vel vestis ouina. qꝛ lupi. i. mali aliqñ istis vestibus induunt̄. qꝛ multi fuerūt sūt ⁊ erunt in breui tp̄e antixp̄i. qui cū talibꝫ vestibus decipient ⁊ decipiunt gentes. Ieiunando orando. cum modestia incedēdo. magnam paciaz oñdēdo ad extra q̄ꝫ nō habēt in corde. q̄les debēt esse vestes nostre. Apostol⁹ dicit. Induite vos sicut electi dei sancti ⁊ dilecti viscera miscdīe benignitatē humilitatem modestiā paciaz. ad Coloceñ. iij. ¶ Dico ꝙ fructus in quibꝫ homines cognoscunt ne decipiāt̄ sunt opa ꝑncipalia q̄ deus vult. Sic̄ vltimū ⁊ finale qd̄ expectat̄ de arbore nō sunt flores nec folia. sed fructus. Ita deus de hoīe vltimū q̄ querit est gloria ⁊ honor dei ⁊ saluatio aīaꝝ. Si ergo tu vides vnum religiosum predicantem in honorē dei ⁊ gloriā ad ꝯuersacōm animaꝝ vt dimittāt pctā ⁊ homo videt ꝙ gentē ꝯuertunt̄. Talis est bonus ꝓphta ⁊ nūcius dei. Tale opus nō dicit̄ vestis ꝫ fruct⁹ auctoritas. Liberati a peccato. Ecce saluacō animaꝝ. ꝯui aūt facti deo. scz ꝓpter gl̄iaz ⁊ honorem. fidei confirmacōez. habētis fructum vestrum in sanctificacōm. ad Roma. vj. Oppositum. qñ aliq̄s religiosus clericus seu heremita qui q̄ntumcūq̄ꝫ ad extra sit bene indutus veste ouina. Ieiunando. orando. vigilando ⁊c̄. Si in suis ꝑlamentis publice predicando vel occulte ꝯsiliando dicit seu affirmat aliq̄d contra fidem catholicam ⁊ eius articulos seu contra determinacōm ecclesie. talis falsus ꝓpheta est. Illū vita ⁊ fuge clamando. moriatur ⁊c̄. Idem si in suis predicacōnibꝫ vel secretis locucōnibus inducit seu laxat gentes ad peccata. Dicēdo. vere bene potestis hoc facere. qꝛ nō est ista magnum peccatum ⁊ cetera. Lup⁹ est. caue de talibus dicit cristus. A fructibus eorum cognoscetis eos ⁊ subtilius. Nunquid colligunt de spinis vuas. falsi ꝓphete dicuntur spine quando contra fidem catholicam ⁊ ecclesie determinacionem per sophisticas rationes incipiunt docere cōtra fidem cristianam. dicendo ⁊ quomodo potestis credere hoc vel hoc. Dicas de articulis prout videbitur. Item dicuntur tribuli qui hñt spinas trāsuersas ⁊ t̄hunt ad se. Dico ꝙ tales falsi ꝓphete trahunt ad se. retinent multos dicendo. quid oportet facere penitentiam quia deus est misericors vel quid oportet parcere inimicis. ⁊ cetera. Tribuli sunt nec possunt colligi boni fructus. Caue ⁊c̄. Modo patet q̄d est vestis ouina ⁊ quid fructus. De istis olim magister vincentius inuenit experiētiam in multis locis. Qui in vallibus hereticorum voluit scire quos modos tenerent magistri illi hereticorum ad decipiendum quia ante erant boni cristiani ⁊ sciuit ⁊ percepit ꝙ illi magistri veniebant in veste ouina. Quia nolebant comedere nisi panem ⁊ aquā ⁊c̄. Postea vero dum illi magistri heretici fuerunt reputati sancti querebāt heretici si gentes illius patrie confitebantur. Respondebatur ꝙ sic. Iterum. ⁊ cui respondetur ꝙ clericis ⁊ religiosis. Et illi dicebant. quare plus illis q̄ꝫ aliis. ⁊ persuadebant ꝙ non oporteret sacerdotibus confiteri. Quia cristus ⁊ apostoli non restrinxerunt solum ad illos.

Imo dixit Jacob⁹. Confitemini alterutrum peccata vestra ⁊ orate ꝓ inuicez vt saluemini Jacobi. iiij. Nunq̄d esset melius ꝯfiteri bono sec̄lari q̄ꝫ malo clerico. qꝛ ligatus nō potest soluere ⁊c̄. Ecce hereticoꝝ fructus. O ꝓditor nūc dicit ⁊ affirmat contra fidem catholicam ⁊ ecclesie d̄terminacōm. Nam xp̄s ore ꝓprio dixit clericis solū esse ꝯfitēdum qꝛ solum ip̄is cōmisit ptātem absoluendi. di. Quoꝝ remiseritis pctā ⁊c̄. Joh̄. xx. ⁊ Luce. xvij. Dixit le ꝓsis pctōres figurātib⁹. Ite ostendite vos sacerdotib⁹. qꝛ licet sint mali solū ip̄i habēt claues. Item dicebāt. ꝙ non debebāt ire ad eccl̄iā. vbi sūt ydola scꝫ ymagines nec ibi potius orandum esse q̄m in alio loco, cum vbiq̄ꝫ sit deus. Imo meli⁹ esset orare in campis ⁊c̄. Item dicebant ꝙ nō deberent ire ad missam ⁊c̄. Ita erit tempe antixp̄i qñ venient nūcij sui. ⁊ primi erūt demones ī veste ouiū vt patet de illo qui in forma heremite venit ad magistꝝ vincentium qui dicebat sabbatū colendū ⁊ nō dñicam ⁊c̄. Quare xp̄s dicit. a fructib⁹ eoꝝ ⁊c̄. ꝓpter hoc iohs euuangelista qui intelligebat verba xp̄i. Carissimi nolite credere omni spiritui ꝫ ꝓbate spūs si ex deo sint. Qm̄ multi pseudo prophete exierunt in mundū in hoc cognoscit̄ spūs dei. Omnis spūs qui confitet̄ ih̄m xp̄m in carnez venisse ex deo est ⁊ omnis spūs qui soluit Ih̄m ex deo non esse ⁊c̄.

¶ Nota. soluit ih̄m ⁊c̄. Qñ vult gentes elongare a fide vel a bona vita. Itez alia auctoritas. Si quis venit ad vos ⁊ hāc doctrinā nō affert nolite eum recipe ī domo nec aue ei dicatis. Qui enim dicit illi aue. ꝯmunicat operib⁹ ei⁹ malignis. Ecce predixi vobis vt in die dñi nostri Jhesu xp̄i nō ꝯfundamini. scd̄a Johis. j. ¶ Dico scd̄o ꝙ xp̄s docet nos hr̄e debere diligentiam vt simus diligētes in bonis operib⁹ sicut homines qui volūt ditari laborāt de die ⁊ nocte ꝑ terrā per mare. Ita debemus nos laborare in operib⁹ spiritualib⁹ d̄ quib⁹ perpetuo habem⁹ viuere. Hoc ostendit xp̄s cum dicit. Omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autē arbor malos fructus facit. Non pōt arbor mala fructus bonos facere in sensu ꝯposito nec arbor bona fructus malos facere. Omnis arbor qui nō facit fructum bonū excidet̄ ⁊ in ignē mittet̄. ¶ Modo videte. quelibēt persona xp̄iana est arbor plantata in viridario xp̄i scꝫ xp̄ianitatis. in q̄ plātat̄ ⁊ rigat̄ qñ baptisat̄. ⁊ vult d̄s ꝙ faciam⁹ fruct⁹ s. vt acq̄ram⁹ merita spūalia. ⁊ sic arbor bona iā certo tpe facit flores folia ⁊ fruct⁹. Ita vult d̄s ꝙ hoīes faciant fructū q̄libet in suo tpe. Prīo ꝙ pueri faciūt d̄s vult qñ sūt. iiij. vl. v. ānoꝝ ꝙ orēt de mane ⁊ sero. de h̄ debēt curare matres p̄ncipl̄r cū q̄b⁹ tūc maxīe morāt̄ qñ pueri de mane petūt panē ꝙ dicat mater. Mō fili flectas genua scias ꝙ in celo est vna regīa ⁊c̄. Et faciat sibi dr̄e aue maria ponendo verba ī ore ⁊ post detis ei panem. Idē in sero dicendo. O fili de nocte volāt demones. ⁊ sic puer timore orabit informet̄ insup ꝙ signat se ⁊ sic pueri addiscunt pater nr̄ aue maria ⁊ credo in deum. Item informādi sūt pueri ꝙ ꝯfiteātur. Item qñ erunt. xij. annoꝝ ꝙ ꝯmunicent. bonū est viro cū portauerit iugū ab adolescētia sua. Sꝫ proch dolor nūc vos parentes oñdistis eis fruct⁹ inferni vt ꝙ portēt gladiū ⁊c̄. Itē ꝙ iurāt. Idē de mulieribꝫ q̄ oñdunt filiab⁹ vt pingant ⁊ ornent se. Itē mulieres informant filias q̄ mō est tripudiādū. Non oꝫ oñdere vanitates. qꝛ q̄libēt per se addiscit satis. Idō scriptr̄a dic̄. Sensus em̄ ⁊ cogita cō huāni cordis ī malum ꝓna sūt ab adolescentia sua Genes. viij. Scd̄o de iuuenib⁹. xx vel. xxx. annoꝝ vult d̄s maiores fructus. qꝛ illi iā sūt pleni pctīs. Idō vult de⁹ ꝙ tl̄s sel̄ vel bis ieiunēt in q̄libet ebdomada. q̄libet die de mane ⁊ de sero orent. ꝙ por

tent ciliciũ vel disciplinis plangent se. ⁊c̃
In talib⁹ em̃ tales fructus vult deus du
plici rõne. Prio ꝓpter pctã preterita vt
remittant̃. Scdo ꝯtra futura vt caueant̃.
qꝛ talis est virtus pñie ꝙ mundat a pre-
teritis ⁊ caueat a futuris ⁊ p̃seruat/quia
q̃ntũcũq; equ⁹ sit malus si abstrahit̃ sibi
cib⁹ domat̃. Ita de corpe hoĩs Ideo xp̃us
ait Pñiaꝫ agite appropinq̃bit em̃ regnũ
celoꝝ Mat. iiij. Tercio d̃ sembꝫ vult d̃s
aliũ fructũ. qꝛ iã illi non pñt ieiunare nec
ciliciũ portare nec disciplinã ⁊c̃. Sꝫ fruc
tus eoꝝ est orare. elĩas dare remittere in
iurias satisfacere de vsuris. audire missas
ꝑmones ⁊c̃. De hoc figura xp̃i Luce. xiij.
Arborem fici habebat quidã ĩ vinea sua
plantatã ⁊ venit querens fructũ in illa ⁊
nõ ĩueĩt/dixit aũt ad cultorẽ vinee. Ecce
anni tres sunt ex q̃ venio querens fructũ
in illa ⁊ nõ inuenio. succide ergo illã. vt quid
terrã occupat? Vinea xp̃i est ecclĩa Ysa. v.
Vinea dñi exercituũ domus isrl̃ est. i. hoĩs
videntis deum Arbor fici in vinea planta
ta est quelibet ꝑsona xp̃iana. Prim⁹ an-
nus in q̃ dñs vult fructus est puericia ⁊
vult fructus pueroꝝ q̃s dixi. ꝫ nõ ĩuenit
mõ nisi folia qꝛ iã oñditis eis vt vadant
cum manicis ⁊c̃. Scd̃s annus in q̃ dñs
vult fructus meritoꝝ est iuuent⁹. ⁊ mõ
nõ ĩuenit nisi vanitates corrupcões ⁊ pec
cata. Tercius annus est senectus. ⁊ nõ in
uenit fructus nisi suspiciones malicias ⁊
diffamacões ⁊c̃. Ideo dicit xp̃s. Succi
dite eã. vt q̃d terrã p̃occupat? Sꝫ custos
scꝫ angelus bon⁹ orat xp̃m vt spectet ⁊
ip̃e fodiet in circuitu scꝫ cordis dãdo con
puctõnes vt dimittat peccata vt ꝯfiteat̃
⁊c̃. Ponit sterc⁹ q̃n redeũt pctã ad me
moriã. rigat qꝛ ꝓcurat lacrimas ꝑ ꝯtrici
onẽ. Si facit fructũ nõ excidit eam. Ecce
quare dicit. Omnis arbor que non facit
fructum bonum excidatur. ⁊ in ignez mit
tat̃ Ideo Mat. iij. Iam securis ad radicẽ
arboris posita est ¶ Dico tercio ꝙ osten

dit obiaꝫ ⁊c̃. Ratio. qꝛ sicut nos pctõres per
inobedientiam perdidimus ꝑadisũ terre-
strem. Ita per obedientiam nos oñs ac-
quirimus paradisum celestem. Hoc ostẽ
dit cum dicit. Nõ omnis qui dicit michi
domĩe dñe ⁊c̃. vsq; regnum celoꝝ. Hic
est magnum secretum in hoc ꝙ dicit dñe
dñe. ⁊ nõ ter vel solum semel. Sꝫ nisi ꝓ
lixius nõ dicã hodie ꝫ cras. Sed in hoc ꝙ
dicit qui facit volũtatem patris mei qui
in celis est. ip̃e intrabit in regnum celoꝝ
Dico ꝙ maxima gr̃a est ꝙ deus dicat no
bis captiuis suis. Qui facit voluntatem
p̃ris ⁊c̃. Cum tñ ex debito sine aliqua ꝓ
missione teneamur sibi ꝑuire/ac si dñs di-
ceret captiuo suo. ꝑuias michi bene ⁊ ego
dabo tibi hereditatẽ. Nunq̃d suffecisset di
cere. faciã te liberꝝ? Sed ex magna gratia
dñs ꝓmittit hereditatẽ. Ita deus nobis
captiuis suis. Ido. j. Johis. v. Hec est
caritas dei vt mandata eius custodiam⁹
⁊ mandata eius grauia nõ sũt. Item qui
libet debet dicere in suo statu religiosus ⁊
clericus ⁊c̃. Domine quid vultis de me
qui sum religiosus ego faciam ⁊c̃. ⁊ sic d̃
alijs. Amen.

¶ Sermo scd̃us de eadem dominica. viij

Attẽdite a fal
sis prophetis Mathei septi
mo. De ista materia predi-
caui heri intellectum literalẽ. Modo aũt
predicabo materiam moralem ⁊ totus
sermo erit moralis Salutetur virgo ma
ria ⁊ cetera. Pro introductione ⁊ tota-
li prosecutione huius verbi recipio funda
mentum a quadam auctoritate Jeremie
prophte in qua ostenduntur tres diffe-
rentie falsorum prophtarum. Ecce ego
ad prophetas dicit dominus noster ihes⁹
Cristus saluator mundi. Qui furantur
verba mea vnusquisq̃ a proximo suo Ec
ce ego ad prophetas dicit dominus qui
assumunt linguas ⁊ aiunt dicit dominus

3 Ecce ego dicit dñs ad ꝓphetas sompniantes
mendacium qui narrauerūt ea ⁊ seduxe-
runt ꝓplm meū in mendacō suo Jeremie
xxiij. Pro intellectu huiꝰ auctoritatis sci
endū ꝑm glo. ⁊ doctores postillantes. qñ
sancti ⁊ veri ꝓphete vt Ysaias ⁊ Jeremi-
as ⁊ alij habebant a deo aliq̄ꝫ reuelacōez
de aliquibꝫ magnis factis futuris ꝓsperi-
tatis vel aduersitatis. ponebāt illā ī scrip
tis vt suo tempore eam reuelarēt populo
Et aliqui falsi ꝓphete obseruantes fura-
bant eis illas scripturas. ⁊ ipi vt reputa-
rent ꝓphete publicabant anteq̄ꝫ veri ꝓphe.
Et ꝯtra istos dic deus. Ecce ego ad ꝓph
tas qui furant verba mea. ¶ Scda diffe
rentia falsoꝝ ꝓphetaꝝ fuit qui nō furabā-
tur vt ꝑmi. ꝫ quicq̄d sompniabāt vel illu
debant a demonibꝫ. dicebāt esse reuelatio
nes diuinas. ⁊ ipi decepti decipiebant po-
pulum. Et de istis dicit deus. Ecce ego
ad ꝓphetas dicit dñs sompniantes ⁊c. ¶
Tercia differentia falsoꝝ ꝓphetaꝝ est q̄
nō furabant nisi sompniabāt. ꝫ ex sua sup
bia ꝑm suas ymaginacōnes loquebantur
ad voluntatē suā. ⁊ decipiebant populū.
Et istis dic deꝰ. Ecce ego ad ꝓphetas q̄
assūmunt linguas suas ⁊ aiunt dicit dñs
Ex istis tribꝫ differentijs falsoꝝ ꝓpheta
rū. ¶ Nota ego tres differentias falso-
rū ꝓphetaꝝ. qui hodie decipiunt totū mun
dum. Primꝰ ꝓphta est qui ingenio vel in
tellectu est ꝑsumptuosus. Scds est qui
ꝓximo est iniuriosus. Tercius est dyabo
lus totus mendosus. Isti tres hodie to-
tum mundum decipiunt ¶ Dico primo
⁊c Iste ꝓpheta malus multos dāpnat ⁊
cadit in prima differētia illoꝝ q̄ furaban
tur verba dei ⁊ sibi aꝓpriabāt. Ita faciūt
ꝑsūptuosi. qui verba dei submittūt ⁊ subi
ciunt suis rationibus argumentis ⁊ intel
lectui. nō curantes q̄d dicit deus. vel si est
cōtra deum ⁊ determinacōnez ecclesie. de
quibus dicit Jeronimus ad paul. capitu
lo. vj. Nescire dignantur quid ꝓphete q̄d
apostoli senserunt. Sed ad sensum suū in
ꝯgrua aptant testimonia quasi grande sit
⁊ nō viciosissimū dicendi genꝰ deprauā-
re sententias ⁊ ad voluntatē suā sacram
scripturā trahere reputantem. Iste falsus
ꝓpheta multos dāpnat. vñ est hoc in mū-
do q̄ multi credūt q̄ vsura nō sit peccatū.
⁊ licet nō credāt ore ꝓpter timorē q̄ ec-
clesia ꝯdēpnat vsurā. tñ vocant vsuras in
teresse ⁊ intellectus talium facit istā ra-
tionē. q̄re si vna persona vel communitas
tenet pecunias meas ⁊ cum illis lucratur
nō recipiā ego aliq̄d ⁊c. nec cogitat si est
contra deum vel ecclesie determinacōm.
Nam talis ratio continet errores. Primꝰ
qñ dicūt pecunias esse suas falsum dicūt
q̄ dñs nō tenet ꝯpotum reddere alteri ꝫ
quilibꝫ habēt reddere ꝯpotum deo qui est
dñs oīm. Dñi est terra ⁊c. Qualem in-
iuriā faceret regi si thesaurarius vel dispē
sator diceret de pecunijs regis de meis pe
cunijs ego faciam ⁊c. Omīs diuites sūt
thesaurarij vl dispēsatores dei q̄ sicut rex
constituit suos dispēsatores. Ita deus in
qualibet villa vel ciuitate suos dispēsato-
res scꝫ diuites vt dispēsent. Primo in su
is necessitatibꝫ ⁊ domus sue ⁊ nō in vani
tatibꝫ. Scdo in domesticis dās quitacio
nem scꝫ pauperibꝫ amicis regis xpi. Re
gula q̄ꝫ dñs dedit suis dispēsatoribus est
ista. Nō fenerab fratri tuo ad vsuram pe
cuniā nec fruges nec quālibet aliam rem.
Deutro. xxxiij. Nō faciatis ergo ꝯtra dei
voluntatem. Si dicat ergo nichil lucra-
bor ⁊c. Imo recipietis vsuraꝫ a deo qui
mltiplicabit omnia bona vestra ⁊c. Qui
dicit Centuplum accipietis scꝫ in hac vi
ta. Et vitā eternam possidebitis Mat. xix
Sed ꝯfiditis de vno iudeo si obligat vo
bis cum instrumento ⁊ non confiditis de
deo qui ꝓmittit etiā cum instrumento cē
tuplum ⁊c ¶ Scda ratio q̄ꝫ faciunt quia
clerici qui dicunt hoc vitandum faciūt idē
⁊c. ⁊ creditis q̄ clerici ⁊ prelati nō dāp-

nent̄. imo ꝛc̄. Ideo submitte intellectum tuū verb̄ diuinis ꝛ determiacōib̄ eccīe. Itez vnde in mūdo tanta corrupcō de luxuria nisi qꝛ p̄sumptuosi dicūt simplicez fornicacōez nō esse pctm̄ qd̄ pertinaciter asserere est heresis. qꝛ ꝯ sanctā scp̄turā. ymmo dicūt cui fit iniuria nō mulieri nec mihi ꝛc̄. Caue g̃ ab isto falso ꝓpha ꝓpter hoc de ista materia dicebat apl̄us. Nolite errare. neqꝫ fornicarij neqꝫ ydol̄ seruientes. neqꝫ adulteri. neqꝫ molles regnū dei possidebūt. j. Coꝝ. vi. Itez scā mater eccīa in ꝯsilio vl̄i fecit decretalez. in qua strictissime p̄cepit medicis ꝙ nulli dent ꝯsiliuz faciendi illud opus eciam si deberet mori. Alia sūt remedia vt balneari. trahere sanguinez. Jō submitte intellectū tuuz determiacōi eccīe Jō apl̄s Destruentes om̄ez altitudiez extollentē se aduersus sciam dei ꝛ in captiuitatē redigētes oēm intellcm̄ in obsequiū xp̄i. scd̄a ad Coꝝ. x. ¶ Dico ꝯñter ꝙ scd̄us ꝓpha est q̄ ꝓximo est iniuriosus ꝛ iste cadit in scd̄a dr̄a de soporatorib̄. Rō: sic̄ ille qui accipit somnū ꝓ reuelacōne decipit̄ qꝛ recipit sil̄itudinez ꝓ veritate. Ita xp̄ianus q̄ ostendit ꝓxio amorē ꝛ dilectionē ꝛ non est. ita decipit eū. ostendēs sil̄itudinē amoris ꝓ veritate. De q̄bus dauid. Qui loquūtur pacē cuz ꝓximo suo mala autē in cordib̄ eoꝝ. ꝛc̄. p̄s. xxvij. Dicatur de hoībus oñdentib̄ mulierib̄ amorē lupinū ꝛc̄. Et ꝑ oppositum de mulierib̄ ostendēdo amorē lupinuz viris vt habeāt ab eis ꝛc̄. Itē de falsis hereticis q̄ decipiūt gētes diuinādo mala q̄ habuerūt ꝛc̄. Jō Jere. ix. Unusq̄sqꝫ a ꝓximo suo se custodiat ꝛ in oī fratre suo nō habeat fiduciā. qꝛ omis frat̄ supplātabit. ꝛ omis amicus fraudulēter incedit. ꝛ veritatē non loquit̄. ¶ Tercius falsus ꝓpha est dyabol⁹ mēdosus. Iste cadit in tercia dr̄a ꝓphetaꝝ falsoꝝ. q̄ per supbiā mentiūtur. De quo dicit xp̄c. Ille in veritate non stetit ꝛc̄. Johis. viij. Iste multos decipit vel somniādo apparēdo alicui q̄ facit orare ꝓ aliquo defūcto dicēs Regracior vob̄ qꝛ p̄cib⁹ vestris mō vado ad paradisuz. hoc facit vt ille dimittat facere illa bona opa. ¶ Secūdo apparet in forma alicui⁹ religiosi l̄ clerici q̄ fuit pessime vite dicendo ꝙ est saluus in paradiso. qꝛ mag̃ est dei mīa. Racō vt viuus dicat. O si ille est saluus qui fuit maximus pctōr. ita sil̄iter potero saluari. ꝛ nō curabit de pnīa ¶ Tercio ꝑ oppositū apparebit dicēs se esse talem sancte vite di. ꝙ est damnatus vt īducat gētes ad desperacōem. Itez apparebit alicui in forma v̄ginis Marie. vel xp̄i. vel alicuius scī vt decipiat illuz ꝑ superbiā. ꝑ vanā gloriā vt damnent̄. cuz tñ deberēt cogitare. ꝛ q̄s sum ego ꝙ xp̄s vel v̄go Maria apparet mihi. qui sū peccator. Jō apl̄us. Ipē sathanas trāsfigurat se in angeluz lucis. scd̄a ad Coꝝ. xi. Dicat̄ hic miraculuz qd̄ habetur ī vitis patrū de illo scō heremita a demone decepto. q̄ recepit circūcisionez ꝛ iudeus voluit mori ꝛc̄. Hic debuisset recordari illius dicti apl̄i. Ecce ego paulus dico vobis. qm̄ si c̄cūcidami xp̄s nihil ꝓderit vobis. Ad gal̄. v. Patz g̃ moraliter quare dicit xp̄us. Attendite a falsis ꝓphet̄ etc̄. Deo grās.

¶ De eadez dñica. viij. ꝯmo terci⁹.

Non omīs qui dicit mihi dñe dñe intrabit regnū celoꝝ. Math̄. vij. Istud verbū ꝯtinet septē secreta ex quib̄ extirpant̄ septē errores falsaꝝ ꝑsonarū cōtra fidez catholicā.

¶ Primū secretū est sancte trinitat̄
¶ Scd̄m est incarnacōis filij dei.
¶ Terciū est de instructōe intellectuali
¶ Quartū est de redempcōe humanali

¶ Quintū est de saluacōe humanali
¶ Sextuz est de ꝯuersione cordiali.
¶ Septimū est de ꝯuersione mundiali
¶ Primū secretū est sancte trinitatl cū tangit ꝛc. Nā ꝟa fides trinitatl est credere vnū deuz ī eēncia ꝛ trinū in ꝑsonis scz ꝑfectū dñm. ꝛ filiū ꝑfectuz dñm. ꝛ spm̄ scm̄ ꝑfectū dñm. q̄ tres ꝑsone non sunt tres dij. nec tres dni ꝫ vn⁹ dñs. ꝛ vnus de⁹. tñ ꝫ nomē deus ter aliqñ ponitur vtz in ps. Benedicat nos de⁹ deus nr̄ ꝛc. Dic igit̄ pr̄ est dñs. filius est dñs. spūs scūs est dñs. Et licet ꝫ sit clarū in nouo testamēto. tñ eciā inuenit̄ in veteri testamēto Nume. vi. Locutus ē dñs ad moysen di. Loq̄re ad aaron ꝛ filijs e⁹. Sic benedicetis filijs israhel. Benedicat tibi dñs et custodiat te ondat dñs faciē suaz tibi ꝛ misereat̄ tui. ꝯuertat vultuz suū ad te ꝛ dat tibi pacē ꝛc. Hic in dicta auc̄tate ter ponit̄ dñs. vbi innuit̄ trinitas ꝑsonaꝝ diuinaꝝ. et sicut mō datur benedcīo ꝓplo in noīe trinitatis. Ita tituo in hoc ꝙ dicit. Inuocabūt nomen meū sup filios israhel. nō dicit noīa mea qꝛ nō est nisi vnus dñs. sicut nō est nisi vnus deus. licet pr̄ sit deus. filius de⁹. et spūs sanctus sit de⁹. Jō q̄ vult intrare non ei sufficit dicere dñe dñe bis scz pr̄i ꝛ filio ꝫ oz addere terciū dñe ꝓ spū scō. Ecce q̄re dr̄. Nō oīs qui ꝛc. Hic extirpat̄ error macedonioꝝ a mgr̄o sic dictus. q̄ dixer̄t ꝙ pr̄ erat deus creator. et filius de⁹ creator. ꝫ dicebāt spm̄ scm̄ eē creaturā eoꝝ ꝟuitorē. Isti tm̄ dicebāt bis dñe scz ꝓ pr̄e ꝛ filio. Jō tales nunq̄ intrabūt paradisuz nisi addāt terciuz dñe ꝓ spū scō. Jō ꝯ istū errorē in Credo maiori dr̄ ꝛ in spm̄ scm̄ sp̄ credo. Et licet pr̄ sit dñs. ꝛ filius ꝛ spūs scūs tñ nō sunt nisi vnus dñs. Jō qñ deus reuelauit gl̄az paradisi ysaye. Isayas audiuit angelos laudātes dñm. ꝛ dicentes Scūs ꝓ pr̄e. scūs ꝓ filio. scūs ꝓ spiritu scō. dñs deus non dicit dni dij. Isa. vi.

¶ Sedm secretū qd̄ ista ꝟba nō omis includit est benedcē incarnacōis filij dei. c⁹ veritas ī hoc ꝯsistit vt credam⁹ ī xp̄o tres sub̄as lz nō sit nisi vna ꝑsona. Nō credatis ꝙ xp̄s inq̄tuz deus sit vna ꝑsona. ꝛ inq̄tuz homo sit alia. qꝛ deitas et huānitas xp̄i nō faciūt nisi vnā ꝑsonaz. et sunt ī ea tres sub̄e. ¶ Pr̄ia sub̄a est corpus sile nob̄ de genere dauid ex ꝑte mr̄is. ꝛ ad eū ꝑtinebat regnū dauid de iure ꝛ qꝛ q̄libet rex est dñs. Jō ecce in xp̄o primū dñe ex ꝑte corporl. Auc̄tas Ecce dies veniūt dicit dñs ꝛ suscitabo dauid germē iustū ꝛc. Jere. xxiij. ¶ Secūda sub̄a q̄ est in xp̄o est aīa rōnalis qꝛ nō soluz recepit corp⁹ ꝫ aīaz rōnalem. et ꝟm aīaz dz dici dñs. Rō naturalis. Nā dicit ꝓb̄s. ꝙ hoīes intellectu ꝛ sapiēcia vigētes. naturalit̄ sunt alioꝝ dni. et rectores. Cū g̊ aīa xp̄i viguerit intellectu ꝛ sapīa Jō ꝛc. ¶ Tercia sub̄a est diuinitas eternalis ex q̄ est dñs eternus vniuersoꝝ. Auc̄tas. tu fecisti celū ꝛ terrā ꝛ q̄cquid celi ābitu ꝯtinet̄. dñs oīm tu es Hester. xiij. Extirpat̄ hic error dicentiū ꝙ xp̄s hz corpus ꝛ aīaz q̄ dicūt dñe ꝓ corpe. ꝛ dñe ꝓ aīa ꝫ negāt diuinitatē in xp̄o. Jō dicit thcā. Non oīs q̄ dicit mihi ꝛc. ꝫ oz addere terciū dñe ꝓ diuīitate. ¶ Terciū secretū est de instructōe intellectuali c⁹ veritas ꝯsistit ī tribꝰ g̊dibus. Nā deus in hoīs creacōe instruxit e⁹ intellectū qꝛ naturalr̄ in eius intellectu sūt imp̄ssa seu sig̊ta. x. p̄cepta dei. vt naturaliter sciat q̄d sit fiendū. q̄d credendū ꝛc. Jō dauid in ps. Multi dicūt q̄s oñt nob̄ bona scz opanda credēda ꝛ sperāda. rñt ipēmet. Sig̊tuz ē sup nos lumē vultus tui dñe. Nota signatū est qꝛ sicut sigillū imp̄ssuz in cera dimittit signū sue ymagīs. Ita de⁹ in aīa dimisit signū sancte trinitatl scz intellcm̄. meōriam ꝛ voluntatē ꝛ ꝫ dicit ps. cū ayt sup nos. nō dicit infra nos. sensualitas est infra nos. sz aīa est sup nos. de ꝫ vide ꝛc

¶ Scdo tpe moysi dedit legē scriptaz qz nō omnes sciebāt legē in libro rōnis Jō dedit legē in scriptis vt legeret oculꝰ et audiret auribꝰ. decē precepta moralia audiuit oīs populus ab ore dei. ⁊ dedit illa scripta in tabulꝰ lapideis tq̄ ꝑpetua. Sz alia p̄cepta ceremonialia terribilia. secrete deus reuelauit moysi ⁊ scripsit in papiro. seu ꝑgameno. qz modicū durauerūt scz vsq̄ xp̄m solū. Ex ista dacōe scde legis dr eciam scdm dñe. Auctras. Ego dñs custodite leges meas atq̄ iudicia q̄ faciēs homo viuet ī eis ego dñs Leuiti. xviij. ¶ Tercō dedit legē gracie. sic dicta qz maior grā quaz deus p̄t facere creature ē eā eleuādo cū angelꝰ ad gloriā. Judeis ꝓmisit terrena ⁊ nihil celeste. ß lex euāgelica nihil ꝓmittit terrenū ß bona celestia ꝓmittit. Ex ista datione tercie legl dr terciū dñe. Jō dauid q̄ fuit ī scda lege ⁊ eā seruauit petēs terciā legē dicebat. Legē pone mihi dñe ⁊c̄ Si volumus intrare celū oz credere ꝙ xp̄s vt p̄nceps ⁊ dñs dedit nō solū primā ⁊ scdaz legē scz nature ⁊ scripture ß eciā gr̄e. ꝓpter qd dicit thrā. Non oīs q̄ dicit mihi dñe dñe ⁊c̄. Hic extirpat̄ error iudeoꝝ dicētiuz. ꝙ deus debuit dare legē scz nature ⁊ scp̄ture ⁊ non gr̄e. Jō ꝯ eos dicit thrā. Nō oīs qui ⁊c̄. ¶ Quartū secretū est de redempcōe huānali q̄ in tribꝰ opibꝰ ꝯsistit ⁊ ꝓ quolibet xp̄o dr dñe dñe. ¶ Primū opus est remissio pctōꝝ q̄ fit qñ homo in ꝯfessione absoluit̄ a cōfessore. Ista absolucō hz v̄tutē a xp̄i passione ⁊ sanguis effusione auctas. Sanguis eī xp̄i emūdauit ꝯsciētiaz nostrā ab opibꝰ mortuis. Ad heb. ix. Qñ pctōr absoluit̄ a ꝯfessore dz cogitare ꝙ de q̄libet vulnere xp̄i effundit̄ sanguis sup eū. v̄tute cꝰ sibi pctā remittūtur. Et q̄s p̄t pctā remittere nisi solꝰ deus. Mar. ij. ¶ Scdm opus ē saluacō aīaꝝ. qz aīabꝰ purificatis ⁊ mundatis a peccatis dat̄ a xp̄o celestis glā Lu. ix. Filius hoīs nō venit aīas ꝑdere ß saluare. q̄s p̄t dare regnū nisi dñs sit eius. Ecce scdm dñe ¶ Terciū opus ꝑfectuz nostre redemptōis est resurrectō corporꝝ. ibi eī redempcō huāna ꝯplet̄ qz mō solū aīe habent glaz. ß post iudiciū corpꝰ cuz aīa habebit. Dicat̄ racō quare prīo dat̄ glā aīabꝰ. qz aīa prius opat̄ meritoria cogitādo. deliberādo. ordinādo ⁊ corpus adhuc nihil facit. Sz in execucōne qñ opus meritoriū fit corpus ⁊ aīa faciunt opus ⁊ qz aīa prius opata est habz prīo glaz. ⁊ post in iudicō corpus. Jdo dixit xp̄c. Hijs autē fieri incipiētibꝰ leuate capita vr̄a. qm̄ appinq̄bit redempcio Lu. xxi. Si dicat̄ Nunq̄t ista redempcō fuit facta in xp̄i passione. Solucō ymo q̄tuz ad remissionē pctōꝝ ⁊ aīaꝝ saluacōez ß nō q̄tuz ad corporꝝ glorificacōez Jō dicit aplus. Om̄s nos manifestari oz ante tribunal xp̄i vt recipiat vnusq̄sq̄ ꝓpria corporis ꝓut gessit siue bonū siue malū. scda ad Coꝝ. v. Jdē de peccatis prīo aīa peccat cogitādo. ordinādo. deliberādo. quō recipiet vindictā de inimico vel quō poterit ditari eciā cū vsura. Jdē de luxuria. ß post in execucōe opis corpꝰ cōcurrit. Jō vult deus ꝙ aīa prius habeat penā ⁊ postea corpꝰ. sicut ptz de aīa iude. cayphe. pylati ⁊ alioꝝ quoꝝ corpa non hn̄t adhuc penā. Nō credatis ꝙ qñ resurgemus corpꝰ habeat glaz aliaz ab anima. ymmo glā aīe redūdabit ⁊ coīcacabit corpi glam. sicut lumen cādele redundat in laternā ⁊ facit ip̄az clarā suo lumine. Jdez de pena corporꝝ damnatorū qz pena aīe redūdabit in corpus ⁊c̄. Ex hijs tribus opibꝰ xp̄i nō solū bis dr dñe ß ter. Jō dicit thrā. Non oīs q̄ ⁊c̄. qz oz dicere terciū dñe ¶ Quintū secretū qd includit̄ est saluacō huānalis. ad quā req̄runt̄ tria ꝓpter q̄ oz ter dicere dñe. ¶ Primuz qd req̄ritur est vera fi

des ⁊ firma in nullo articulorꝫ fidei du-
bitare debemus. fundamentū edificij dꝫ
esse fortissimū. Nā si de domo cadat te-
gula vel aliq̄ camera leuit̄ p̄t reparari.
ꝫ qn̄ cadit fundamētuꝫ totū edificiū di-
ruitur. Sic fundam̄tuꝫ oīm v̄tutuꝫ ⁊ o
perꝫ nr̄orꝫ est fides. Si creatura cadit ꝑ
pctm̄ sup̄bie. diruit̄ camera hūilitatis.
Si ꝑ auariciā. diruit̄ camera pietatis.
si ꝑ luxuriā camera clara diruit̄ castitat̄
tales camere repari pn̄t. ꝫ si fundam̄tuꝫ
fidi cadat totū edificiuꝫ diruit̄. Jō apl's
.j. ad Corꝫ.iij. Fundamētuꝫ aliud neō
p̄t ponere pret̄ id qd̄ positū est. ⁊ qꝛ nul
lus p̄t ponere nisi dn̄s. qꝛ ad dn̄m ꝑti-
net disponere domuꝫ Ex isto fidei fun-
damēto xp̄s dꝛ dn̄s primū. ¶ Scd̄m
opus qd̄ req̄rit̄ est baptism⁹ p⁹ creden
ciā qꝛ alias nihil valeret fides ī corde ⁊
in baptismo hō recipit xp̄m in dn̄m. ⁊
facit homo homagiuꝫ abrenunciās satha
ne. ꝓpter h̄ xp̄o dicit̄ scd̄o dn̄s. ¶ Terci
uꝫ qd̄ req̄ritur est obedīa ad sua p̄cepta.
Nā null⁹ rex esset ꝯtētus de suis vasa-
lis si dicerēt sibi. Nos credim⁹ vos esse
regē nostꝫ ⁊ facimus homagiuꝫ ꝫ nihil
precipiat̄ nob̄ qꝛ nihil facerem⁹ ꝓ vo-
bis. req̄ritur ḡ obedīa ad ei⁹ precepta.
Jō Jaco.ij. Quid ꝓdest fratres mei si
fidē dicat q̄s se hr̄e. opa āt non habeat
nunq̄t poterit fides saluare euꝫ. Hic ex
tirpat̄ error dicentiuꝫ ⁊ vtinā nō sit ad-
huc in mundo de ill' hereticis dicētib̄. q̄
crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit saluus erit
Mar. vlti. q̄ dicūt Nō dicit xp̄s aliq̄d
de opib̄. ꝫ ignorācia ducit ad infernuꝫ.
qꝛ īmo xp̄s loq̄t̄ de opib̄ qn̄ dicit q̄ bap
tizat⁹ fuerit ⁊c̄. Nā h̄ xp̄s nō loq̄t̄ de fi
de mortua nullū saluat. ꝫ de vera fide. ḡ
loq̄t̄ de opib̄ qꝛ fides viua nō est sine o
pib̄. h̄ eī mlta bona habet ānexa. alias
nō est viua. auctas sic̄ enī corp⁹ sine spi
ritu mortuū ē. ita fides sine opib̄ mor
tua est. Jaco.ij. Cōtra istos dicit thema

Nō oīs qui dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit
in regnū celorꝫ. ꝓpter hoc dicebat xp̄s ali
q̄bus q̄ videbātur fuisse baptizati ⁊ no
lebāt obedire. q̄d vocatis me dn̄e dn̄e
bis. ⁊ nō facitis q̄ dico Luc̄. vi. ¶ Sex
tū secretū est de ꝯuersione cordiali q̄ tria
req̄rit. scꝫ cordis cōtricōeꝫ. oris ꝯfessio-
nē. ⁊ opis satisfactōeꝫ. ¶ Primū ē cō-
tritō. qꝛ sicut fuisti delectatus peccando.
sic doleas ⁊ tristeris ꝯterēdo. ⁊ si tāt⁹ sit
dolor q̄ꝫta fuit delectacō remittit̄ pecca-
tū a culpa ⁊ pena. Si v̄o ꝯtricō sit mior
remittit̄ pctm̄ q̄ꝫtuꝫ ad culpā. ꝫ restat de
pena. Si vero ꝯtricō excedit delectacōeꝫ
nō solū remittit̄ culpa ⁊ pena pctī. ꝫ acq̄
ritur meritū. sicut ī beata magdalena in q̄
cōtricō fuit maior q̄ꝫ peccatū. Jō dicit
scriptura. Recogitabo tibi omēs annos
tuos. Jsa.xxxviij. ¶ Scd̄m qd̄ req̄ritur
est ꝯfessio oportuītate habita. qꝛ si aliq̄s
cōmisisset oīa peccata mūdi ⁊ moreretur
subito. sola ꝯtricō saluat illū si hꝫ ꝓposi-
tū confitēdi ⁊ cōfessionē fecisset si potuis
set. Sꝫ nos q̄ habemus copiā ꝯfessorū
cōfiteri debe⁹. qꝛ sicut ille q̄ tenet in vul
nere ferrū sagitte nō curat̄ nec sibi valēt
medicine seu vnguēta. sicut nec pctōri te
nēti peccatū abscōdituꝫ nō ꝓsunt sibi me
dicine ecciastice. oꝫ ḡ cōfiteri pctm̄. Au-
ctoritas. Qui abscōdit scelera sua vl' pec
cata sua nō dirigeť. ꝓuerb̄.xxviij. Pec-
cata deo abscōdi non pn̄t. ḡ loq̄tur Sa
lomon de ꝯfessione ad hoīes. Hic habe-
rē argumentū ꝯ iudeos de cōfessione. ¶
Terciū qd̄ req̄ritur est satisfactō siue re
stitucō. Jstud terciū dn̄e req̄rit̄. Extir-
patur hic error dicētiuꝫ. q̄d oꝫ me satis
facere deo ꝓ peccatis faciēdo pniaꝫ ⁊c̄.
Nunq̄t xp̄s ꝓ me est mortuus ⁊c̄. verꝫ
est ꝙ passio xp̄i liberauit te de inferno. et
apperuit tibi ianuā paradisi. ꝫ oꝫ ꝙ tu va
das illuc ꝑ boā opa. Sicut de captiuo
ꝓ quo iam est solutū preciū. tn̄ adhuc
oꝫ eū ire ⁊ exire captiuitatē ambulādo.

Idē de restitutōe ad ꝓximū. Multi ñ
pñt dicere istud terciū dñe. Dicat̄ hoc
miraculū qđ accidit lōbardie de illo ma/
gno tyrāno ad quē venit ille scūs homo
q̄ fuerat raptus ad infernū ⁊ viderat pa
laciū qđ ibi fabricabat̄. q̄ vocauit mgr̄os
et doctores q̄rens ab eis si snīa damna/
tōis data ꝯ aliquā adhuc viuentē pote/
rat reuocari. ad quē rñderūt mgr̄i ⁊ doc
tores ꝙ bene qꝛ impossibile est deū dice
re alicui diffinitīe suā damnacōz. qꝛ eēt
cā damnacōis desperacōis ꝫ ꝯminatiue.
Fundamentū habuerūt ab illa auc̄tate.
Ezech. xxxiij. Si dixero impio. Et tyrā
nus Mō videam⁹ q̄d debeo facere. fuit
sibi rñsuz ꝙ tria scz cōteri. ꝯfiteri ⁊ satis/
facere deo ⁊ ꝓximo ⁊c̄. Dicebat iste ty/
rānus dñe dñe bis ꝫ non poterat dicere
terciū dñe scz satisfaciēdo. Satisfactio
fit deo qꝛ si homo peccauit hñdo delecta
cōes in cibo sup̄fluo satisfaciat ī abstinen
cia. ⁊ ieiunio. si ꝑ os male loquēdo satis/
faciat orādo ⁊c̄. ¶ Septimū secretū ē
de cōuersione mūdanali vel ꝓximali quō
est ꝯuersāduz in hoc mūdo. Ad hoc req̄
rūtur tria. Prīo ꝙ recedat de mala soci
etate. Secūdo ꝙ iūgat se deo. Tercō
ꝙ ꝑseueret in bona vita. ¶ Prīo q̄li/
bet debet recedere de mala societate. q̄li/
bet scit suas malas inclinatōes ⁊ familia
ritates. ⁊ ea q̄ sunt nociua vitāda sunt ⁊
expellenda ⁊ ad hoc req̄ritur dñatio. Ec
ce primū dñe. ¶ Secūdo iūgat se deo.
audiendo missas. sermoēs. ꝯfitēdo sepe
et coīcando. in q̄libet coīone dat̄ singu/
laris grā digne coīcantib⁹. ¶ Tercō re/
quirit̄ ꝑseuerācia vsq̄ in finē ecce ꝯuer/
scō v̄tuosa q̄ in hijs trib⁹ cōsistit. Ideo
xp̄s Qui ꝑseuerauerit vsq̄ in finez sal/
uus erit. Math. x. Jō dicit thēā. Non
oīs q̄ dicit mihi dñe dñe. Jō xp̄s. hec ē
volūtas e⁹ q̄ misit me pr̄is vt oē qđ de/
dit mihi pr̄ scz ꝑ bonā vitā. non ꝑdam
ex eo scz incōstanciā. Johis. vi. Dicunt
aliqui ⁊ qualis dñs est xp̄s. qꝛ si homo
seruiat sibi. c. annis sine aliq̄ defectu ⁊ ꝓ
vno defectu quē homo facit totū est ꝑ/
ditū ⁊ homo dānatur. Ecce qual' dñs.
hoc dicebat sel' quidā homo scūs q̄ facie
bat miracula. curabat gētes de infirmita
tib⁹ ⁊ finalit̄ ꝓpter hoc ꝙ sel' nimis curi/
ose respexit quādā mulierē pulchrā val
de ꝓpter qđ ꝑdidit grāz faciendi miracu/
la. Tandē venit ad aliū scm̄ dicens ei q̄
mō ꝑdiderat grāz nesciēs quare. Rñt
ille scūs nō ꝑditur grā sine pctō. Jō vi/
deatis si cū manib⁹ vel ore vel oculis fe/
cistis aliqđ peccatū. Rñt non. nisi qꝛ re
spexi vnā mulierez ⁊c̄. Rñt alius ꝓpter
hoc pctm̄ amisistis grāz. Et ipē indigna/
tus dixit. vere nō seruiā ampli⁹ tali dño
certe solidanus babilonie nō fecisset hoc.
Dicat̄ quō se parabat ire spaciatū ⁊ ī q̄/
dā prato vidit equū ambulantē pulcher
rimū sup̄ quez ascendit ⁊ subito fecit sal
tū vnuz ⁊c̄. ¶ Nota ꝑabolaz ad hoc de
mercatore eūti ad feriā q̄ emit p̄ciosissi/
ma iocalia ⁊ fecit vnū fardelluz qđ tra/
didit vni ꝑteritori ꝓmittens vnū flore
nū ⁊c̄. Ita in ꝓposito qñ deus ꝯuertit a/
liquez de vita mala ad bonā. de peccatis
ad v̄tutē tunc ꝯmittit sibi fardellū cum
p̄ciosis iocalib⁹ scz opib⁹ meritorijs. I
ta ꝙ fardellū bone vite non est tuū. ꝓpt̄
Redde rōnem villicacōnis tue Lu. xvi. Sermo erit de iudicio ꝑticulari cor xp̄o de q̄libet aia siue bona siue mala ab hac vita recedēte. Sed ꝑmo saluretur virgo maria ⁊c. Istud verbū ē xp̄i dicentis cuilibet anime venienti ad iudicū. Redde rōnez villicacōnis tue ⁊c. Ac si dicat. tu petis paradisū quia ſtati anima perit paradisū vel merito grē vel desiderio cordis si sit mala. Ad quā xp̄s Redde rōnē villicacōnis tue. ¶ Pro declaracione huius verbi materia nostri sermonis erit in tribo questionib. ¶ Prima de illa rōne reddenda in iudicio ꝑticulari de q̄bus reb reddenda sit ista racio ¶

Scda in illo iudicio q̄s loquat̄ ꝑ pecca
tore q̄ racionē est redditurus ¶
Tercio in illo iudicio que forma teneat̄
in tali cōputo faciendo tūc apparebit q̄re
xp̄s. Redde rōnē ⁊c̄. ¶
Primo ergo videam⁹ illā rōnē seu com
putū de rebus q̄bus sit faciendū ad aui
sandū nos quia sicut dispensator q̄ habet
reddere cōputū dn̄o suo. auisat se ⁊c̄. ita
nos ⁊c̄. Respondeo ⁊ dico ꝙ in illo iudi
cio habebim⁹ dare rōnē. Primo de om
nibus cogitacionib⁹. vide q̄t cogitacōnes
bonas vel malas habes rōnē seu distincti
onē de omnib⁹ oportet te reddere in iudi
cio rōnē. Scdo de omnib⁹ desiderijs q̄
vnq̄ habuisti i tua voluntate Itē de om
nibus verbis q̄ vnq̄ dixisti. vide q̄t sunt
⁊c̄. Itē de q̄libet v̄bo qd̄ audiuisti. de q̄
libet bolo panis quē comedisti. de q̄libet
aspectu quē fecisti. q̄libet passu quē feci
sti. de omnib⁹ operib⁹ que fecisti manuū
siue bonis siue malis ⁊ de omissis oportz
te reddere rōnē. Si dicat̄ quō scitl̄ hoc ex
dei reuelacōe in biblia. Auctoritas Cun
cta q̄ fiunt adducet de⁹ in iudiciū ꝑ omni
errato siue bonū siue malum. Eccs. xij.
Ista auctoritas fuit ꝓphetia salomonis ⁊
iatis dat responsionē q̄stioni p̄me ꝫ ma
gis stricte i nouo testamēto. Nō credatl̄
ꝙ solū de grauib⁹ peccatl̄ ⁊ enormibus ꝫ
etiā de minimis de quib⁹ hō non facit cō
scientiā nec confitet̄. imo nec tenet̄ confi
teri debet hō reddere rōnem non solū de
homicidijs. furtis. vsuris. blasphemijs q̄
sunt enormia pctā ꝫ etiā de verbis ocio
sis. Dico vobis q̄niā de omni verbo ocio
so qd̄ locuti fuerint hoīes reddent rōnez
de eo in die iudicij ⁊c̄. verbū est xp̄i Ma
thei. xij. Verbū dicit̄ ociosū quādo nulli
ꝓficit nec nulli nocet q̄ si facit bonū ali
cui iā nō est ociosū si malū facit iā ē ꝑni
ciosum. Ergo nō solū de mēdacijs diffa
macionib⁹ seu blasphemijs q̄ sunt verba
mala. ꝫ de ociositate ⁊ de hijs q̄ dicunt̄
causa risus oportet reddere cōputū. Itē
de operib⁹ etiā bonis oportet reddere ra
cionē quia ī iudicio examinant̄ quia aliq̄
etiā faciendo bona opa dāpnant̄ q̄ non
faciunt recta intencione. dilectione. deuo
cione seu diligēcia. Auctoritas. Cū ac
cepero tēpus. ego iusticias. i. opa bona ⁊
iusta iudicabo. Nota cū accepero tēpus
modo de⁹ mutuat nobis tēpus illi decē
annos. illi triginta. ⁊ alteri q̄nq̄ginta vt
possim⁹ meritorie opari ⁊ vtimur tēpore
ad libitū in bonis ⁊ malis. Sed dn̄s in
morte accipit tēpus ac si diceret de⁹ ma
le expendisti tēpus ideo ⁊c̄. Cū accepero
tēpus ego iusticias iudicabo. i. condēpna
bo. sicut d̄r Johānis. v. ⁊ q̄ male egerūt
ibunt in resurrectionē iudicij. i. condem
nacionis. verbi grā. Religiosus q̄ seruat
tria vota ⁊ cerimonias sui ordīs bō opa
facit ⁊ iusta. Ista opa iudicabunt̄ in iu
dicio quia si nō fiant recta intēcione. hu
militate ⁊ diligēcia condēpnabit̄ in iudi
cio. Idē de clerico faciēte opera iusta sed
nisi intencio sit recta ⁊ bon⁹ modus con
dēpnabit̄. Idē de layco quādo vadit ad
missā sermonē ⁊ alia bona opera facit si
intencio nō sit recta pura vadit ad eccle
siam ad videndū mulieres condēpnabit̄
ꝓpter malū modū quē tenuit. Idē dicit̄
illis q̄ veniūt ad missā tarde Idē de illis
q̄ loquūtur in missa examinabunt̄. patet
ergo q̄re d̄t. Ego cū accepero tēpus ⁊c̄.
quia de⁹ non solū vult ꝙ hō facit opera
bona ꝫ etiā vult ꝙ bono modo ⁊ debito
fiant. Sicut vos nō essetl̄ cōtentus de scu
tifero q̄ licet faceret q̄ sibi p̄ciperetis sed
malo mō quia qn̄ petitl̄ panē dat ꝓicien
do vas ⁊c̄. Idō d̄t scp̄tura. Maledictus
q̄ opus dei facit negligent̄ biblia nostra
habet fraudulent̄ Jheremie. xl viij. Ma
ledictus scz iā in hoc mūdo ꝑ culpā ⁊ in
alio ꝑ penā erit maledictus. Nota frau
dulent̄ quia sicut ille q̄ de decē solidis do
mini recipit, vnū solidū defraudat dn̄m.

Ita in operibus bonis in q̄bus debēt esse intencio recta mod⁹ discretio deuocio diligencia ⁊c̄. Si aliq̄d hoꝝ deficiat defraudatur deus. de omnib⁹ istis oportet reddere rōnē ⁊ nichil habem⁹ in scp̄tis. Cogitate h̄ si rex peteret cōputū a dispensatore sub pena mortl̄ q̄ redderet sibi bonū cōputū de dispensacōe quā .xx. vel .xxx. annis dispensauit ⁊ nihil haberet ī scp̄tis. talis dispensator desperaret. ita de nobis. Sed ecce remediū ⁊ cōsolacionē quam dabo vobis. Deus fecit mgr̄os rōnales siue cōputātes ne habeat audire cōputū nostꝝ. Isti sunt clerici cōfessores ⁊ q̄tq̄t sunt cōfessores tot sunt mgr̄i racionez ⁊ cōputū recipientes. Si ḡ vultis euadere iudiciū xp̄i reddatis rōnē, vel cōputuz magistris istl̄ rōnalib⁹. Sūmarie qꝛ non debētis dicere ī cōfessione indiuidua scz peccaui cū tali vel in tali loco nisi circūstācia mutaret peccatū. Itē etiā nō sufficit confiteri ꝑ genera. scz peccaui in peccato suꝑbie auaricie luxurie ⁊c̄. Sed in specie debetis dicere peccatū. qꝛ superbia est genus et habet multas species. idē de peccato auaricie luxurie ⁊c̄. oportet cōfiteri peccata specifice. in genere nō sufficit. ꝫ videtur ne accidat vob̄ sicut illi ytalico q̄ a xv annis citra nō fuit cōfessus et in pasche vt cōmuuicaret voluit cōfiteri ⁊ rogabat vnū fratrē q̄ ibat ad p̄dicandū q̄ audiret qꝛ ñ haberet nisi tria ꝑuissima pctā scz auaritiaz luxuriaz ⁊c̄. et non credo in deū. Nota dicat̄ q̄ cōfessiones generales in scriptis. licet sint bone ad memorādū peccata. non tñ ad cōfitēdū qꝛ nō tāgūt pūctuz peccati nisi generaliter. peccaui in luxuria. per visū tactū ⁊c̄. ꝫ prudēs confessor debet dicere q̄ tacti sunt videamus ⁊c̄. Si ḡ ad iudiciū xp̄i vultl̄ secure venire cōfiteamī. reddatis computū magistris rōnalib⁹. qꝛ confiteri nō est nisi reddicio rōnis. Et quando cēfessor videt in peccatore cōtricionē et bonū ꝓpositum debet ip̄m absoluere alias non. et licet ꝑ absolucionē non detur caracter. datur tñ quidam ornatus vt dicūt doctores. in tantū q̄ qñ xp̄s d̄t aīe in iuditio. redde racionē ⁊c̄. Respondet aīa. Dñe iā reddidi magistro vestro rōnali q̄ recepit cōputum. Ecce instrumētū in fronte vbi apparet ornat⁹ q̄ datur ī sac̄mento cōfessioīs ⁊ xp̄s est cōtent⁹. ac si rex peteret rōnē a suo dispensatore. ⁊ responderet dispensator iā reddidi rōnē magistro vestro rōnali. Ecce h̄ habeo quitanciā. tunc rex esset cōtentus. ita xp̄s de aīa. Sed vt melius intelligatl̄ istā materiā Sciendū q̄ añq̄ deus faceret mgr̄os rōnales ante incarnacionē ipse met audiebat rōnem cuiuslibet ⁊ erat ita rigidus q̄ neminē absoluebat nec recipiebat ad gloriā. ꝫ postq̄ factus est hō dedit hominib⁹ potestatē diuinam. fecit hoīes magistros rōnales q̄s fecit post resurrectionē. licet ante ꝓmisissz facere dicēs Amē dico vob̄ q̄cunq̄ ligaueritis sup terrā erūt ligata ⁊ in celis. ⁊ q̄cunq̄ solueritl̄ super terrā erunt soluta ⁊ in celis. Math̄. xviij. Licet ante beato petro solo vicario suo cōmisisset hanc potestatē. vt patet Mathei. xvi. Qꝛcunq̄ ligaueris sup terrā erit ligatū ⁊ in celis ⁊ q̄dcunq̄ solueris sup terrā erit solutū ⁊ in celis Math̄. xvi. Tamē ad vitanduz errorē ne diceret̄ q̄ solus papa habet potestatē ligandi ⁊c̄. post resurrectionē dedit eandē potestatē omnib⁹ sacerdotib⁹. Confessor enī in ꝯfessione ligat ⁊ soluit Soluūt enī quādo enī absoluūt peccatorem ligatū vinculis peccatoꝝ. Ligant qñ peccatori īiungūt p̄ñiam. ⁊ auisent se cōfessores ⁊ videāt ne dent p̄ñiam peccatori cōtra eius voluntatē ⁊ nō placentem. Restituere aliena bona oportet pctōrē quia nō est in ptāte cōfessoris dispensare cū possidente aliena bona q̄ illa retineat Itez peccatorē oportet ꝑcere inimicis si iustificari velit Sed alie p̄ñie sunt arbitra

rie ⁊ sunt q̃si cathene auri q̃ ligant pecca
torē in celo ⁊ in terra. Tamē post resur-
rectionē dedit eis executionē di. Quoꝝ
remiseritl pctā remittunt̃ eis ⁊ quoꝝ re
tinueritl retenta sunt Johānis.xx. Ante
xp̄i incarnacionē transiuerūt vltra q̄nq̄
milia anni ⁊ null⁹ intrauit paradisū quia
deus q̄ solus audiebat rōnē. neminē per-
mittebat intrare. nec etiā mō potest ali-
quis iutrare nisi reddat rōnē magistrl ra-
cionalib⁹. patet nūc responsio ad primā
questionē. ¶ Scdo videndū est ī illo
iudicio quis loquit̃ pro peccatore. quia si
sit aliq̄s rusticus ⁊ ignorās nesciens lo-
qui. licet habeat bonū ius ipsuꝫ perderet
ex defectu loquele nisi posset loqui ꝑ ad-
uocatum ꝓcuratorē multiloquū. Dico
ꝙ in illo iudicio quātūcunq̄ rudis habet
loqui ꝓ se. ⁊ nō per ꝓcuratores. Quo-
modo scit̃ hoc frater. Respōsio ex dei re-
uelacione in sacra scp̄tura. Omnes sta-
bimus ante tribunal. i. cathedrā iudicia-
lem xp̄i. ⁊ sequit̃ vnusquisq̄ nostꝝ per se
rōnem reddet deo. Ad romanos. xiiij.
Statim quando anima exit de corpore
xp̄s ostendit se aīe ⁊ dyabolus accusans
stat ad vnā partē ⁊ angel⁹ ad aliā ⁊ re⁹
in medio scꝫ anima q̄ habet respōdere ⁊
loqui. O quā durū esset rustico si sibi di
ceretur. vadatis ad audientiā regis ⁊ ibi
excusetis vos maxīe si ꝑs aduersa sit elo-
quens talis intra se dt. O miser q̄d dicā
qnādo videbo regiaꝫ maiestatē stabo to
tus stupefact⁹. ita erit in illo iudicio. ¶
Dabitur h̄ exemplū de illo iuuene disso
luto ⁊ male vite cui videbat̃ in somnis
ꝙ erat ad iudiciū duct⁹ ⁊c̄. quādo xp̄us
sibi dixit. redde rōnem. subito excitatus
⁊ territ⁹ fuit ⁊ effectus totus canus ⁊c̄.
mutauit vitā ⁊ decetero vixit sancte Qn̄
dicebat̃ sibi quare facitis tantā peniten-
ciam. Rn̄dit si vidissetis q̄ ego vidi simi
lem vel fortassis maiorē faceretl ⁊c̄. Co
gitate, ergo de isto iudicio ad qd̄ quilibet
habet venire ⁊ rōnem reddere. Non ere
datis ꝙ fiat verbo vocali iste cōputus.
quia nunq̄ esset factū. Sed conscia que
est liber vbi oīa bona ⁊ mala scribunt̃ in
q̄ nullus potest legere nisi sol⁹ deus ⁊ tu
in tua ⁊ ego in mea. Tunc apperiet̃ non
solū deo q̄ iā sciebat oīa ꝫ angelis ⁊ san-
ctis omnib⁹ etiā ꝙ homo nesciat loq̄ con
sciētia ostendit totū bonū vel malū in iu
dicio particulari ⁊ generali. De hoc vide
sanctū thomā quarto scp̄to distictione q̄
dragesima tercia quō oīa opera videbūt̃
ab omnib⁹ in extremo iudicio. Auctori-
tas. Ostendunt opus legis scꝫ ꝟm ꝙ ꝓ
vel cōtra legē fecerūt. scp̄tū in cordibus
suis testimoniū reddēte illis ꝯscia ipsoꝝ
Ad ro. ij. Aliq̄ loquunt̃ ibi nō solū ꝓ se
ꝫ ꝓ aliis sic̄ sunt dñi tꝑales. Qui ꝑmo
reddūt rōnē siue cōputū ꝑsonalē. Scdo
officialē de ꝑsona q̄ꝫtū ad vitā ⁊ bona q̄
fecit ⁊ posito ꝙ de sua vita reddat bonuꝫ
cōputū. dicet sibi xp̄s reddidisti cōputū
de ꝑsona tua. modo redde rōneꝫ de offi
cio tuo ⁊ regimine. tu enī fecisti talē iniu-
sticiam ⁊c̄. Itē nomē meū blasphemaba
tur ⁊ nō corrigebas. Itē sustinebas pec
cata notoria cui⁹ occasione vide q̄t sunt
dāpnati. Itē vt cū pecuniis cōitatis fa-
ceres negocia tua ꝓcurabas tibi propria
bona. Itē posuisti ī regimine ciuitatl ta-
lem amicū tuū insufficientē ⁊c̄. Forci⁹ ē
istud cōputū q̄ꝫ personale qꝛ licet bonaꝫ
vitā tenuerit in se ꝫ in officio non bene se
habuit cōdēpnabit̃. Ido dt scp̄tura. Iu
diciū durissimū hijs q̄ p̄sunt fiet. exiguo
enī cōcedit̃ mīa. potētes enī potent̃ tor-
mēta pacient̃ Sapīe. vi. violent̃ ⁊ tracti
deberēt venire ad officiū ⁊ clamādo ap-
pello appello ⁊c̄. Sed mō q̄libet vult se
ingerere. Idē de p̄latis ecclesiasticis qꝛ
licet intrauerit p̄lat⁹ per portā ⁊ tenuerit
vitā sanctissimā in ꝑsona sua si tamē fue
rit negligens de commissis sibi animab⁹
ex hoc condemnabitur in extremo iudicio

dei. Nam dicet̃ sibi a xp̃o in p̃sona tua te
nuisti bonaz vitã ꝫ in officio fuisti negli-
gens sustinuisti talez clericũ concubinũ.
Itẽ non correxisti vsurarios. Si rñdeat
dñe timebã insultũ ⁊c̃. Rñ debit xp̃us.
Ideo qꝛ magis tenuisti eos q̃ꝫ me. ibis
cũ eis ad infernũ. modo videtis quantũ
p̃iculũ est recipere p̃laciones. ¶ Dicat̃
hic exemplũ de illo qui diu laborauit vt
fieret ep̃us ⁊ p̃entes sui q̃si omnẽ substã
ciam expenderũt ꝓ eo ⁊ finalit̃ in die cõ
secracionis fiebãt ei multe q̃stiones. post
hec querebat̃ ab eo vis episcopari. Re-
spondit ⁊ q̃d oportet dicere si tãtũ labo
raui ꝓ hoc Sed qñ fuit sibi dictũ vis red
dere rõnem xp̃o in die iudicij ꝓ animabꝫ
tibi cõmittendis. Rñdebat nolo ⁊ cũ di
ceret nolo fuit sibi dictũ dicat̃ volo Re
spondit omnino nolo ⁊ cessit p̃lature di-
cens. credebã q̃ esse ep̃m nihil aliud eẽt
nisi comedere gallinas. Ido de p̃latis d̃t
apostol⁹. Obedite p̃positis vestris ⁊ sub
iacete eis. episcopi enĩ p̃uigilant q̃si rõnẽ
ꝓ animabꝫ vestris reddituri. Ad hebre.
vltimo. patet rñsio ad scd̃am questionẽ
¶ Tercio videam⁹ formã ⁊ practicã q̃
sibi tenebit̃ Istã practicã iudex met dixit
in quadã p̃abola di. Homo quidã ꝓfi-
ciscens vocauit seruos ⁊c̃. Dicat̃ p̃abola
Nota vni dedit q̃nq̃ partes de pecunijs
suis. alij duas. alteri vnã. q̃ q̃nq̃ accepit
lucrat⁹ est alia q̃nq̃ negociãdo Idẽ qui
duas accepit. ꝫ qui vnã abscondit ⁊c̃. ti-
mens dñm. Iste hõ est xp̃s ⁊ p̃egre ꝓ-
fectus ẽ in die ascẽsionis vltra mare hu-
ius mũdi. q̃ mare d̃r ꝓpter vndas ⁊ p̃icu
la. ⁊ iuit ad visitandũ sanctuaria in terra
sancta. de q̃ dauid. Porcio mea dñe in
terra viuenciũ. Nos xp̃iani sum⁹ eius fa
muli ⁊ seruitores ⁊ vni cõmittit q̃nq̃ p̃-
tes bonoꝝ scz corp⁹ animã diuicias elo
quenciã ⁊ sciam. oĩa bona nobis cõmissa
consistũt in hijs q̃nq̃. Alteri cõmittit so
lum duo scz corp⁹ ⁊ animã. Alteri com
mittit vnã scz animã. vt captiuis ⁊ infir-
mis qꝛ licet habeãt corp⁹ essencialiter tñ
nõ habent liberꝫ ad op̃andũ ꝫ animã ha
bent liberã quia nõ potest captiuari. Se
neca Errant q̃ seruitutẽ putãt in totũ ho
minẽ descẽdere corpora obnoxia sunt ser
uituti. p̃s melior scz anima libera est Si
vos habet̃ captiuos vel captiuas corpo-
ra sunt captiua. nõ anime ĩmo velitis no
litis possunt baptizari. p̃ baptismũ enim
aĩa fit libera ꝫ nõ corp⁹. post multũ vero
tẽporis scz in morte venit dñs ostendẽs
se p̃sonaliter aliq̃bus de speciali grã alij
p̃sencialit̃ sibi p̃sentant̃. Et qui q̃nq̃ ta-
lenta accepit dicit. Dñe q̃nq̃ talenta tra
didisti mihi. ecce alia q̃nq̃ sup̃lucrat⁹ sũ
de corpore luc̃tus sũ penitenciã ⁊c̃. ieiu-
nãdo q̃dragesimã ⁊ alia ieiunia ecclesie
Itẽ in q̃libet ebdomada semel bis. iste ẽ
fruct⁹ corpor̃. de aĩa lucrat⁹ sũ deuocõnẽ
iste ẽ fruct⁹ aĩe. de diuicijs elemosinas qꝛ
iste est fructus diuiciaꝝ vel mutuare sine
vsuris. Dauid. Iocũdus hõ qui miseret̃
⁊ cõmodat disponit sermones suos ĩ iu-
dicio in eternũ non cõmouebit̃. De elo-
quẽcia luc̃tus sũ orõnes doctrinas vel p̃
dicacõnes. De scĩa contẽplacõnis operꝫ
vestroꝝ scz creacionis redẽpcionis. ⁊c̃.
Tunc d̃t ei xp̃s. Euge serue bone ⁊ fide
lis qꝛ in pauca fuisti fidelis ⁊c̃. Mathei
xxv. Ecce practicã q̃ in illo iudicio serua
bitur. Venit q̃ duo acceperat dicẽs. do-
mine duo talenta tradidisti mihi ⁊c̃. ⁊ de
corpore p̃niam ⁊ de aĩa deuocionẽ simili
ter d̃t sibi. Euge serue bone qꝛ fuisti ⁊c̃.
Venit q̃ vnũ accepit ⁊ excusat se ⁊c̃. Sz
nõ valet excusacio quia licet sicut captiui
vel infirmi. de aĩa possunt lucrari p̃ amo-
rem ad deũ. Sed abscondit sub terra per
negligenciã. Ideo auiso. quia multi sunt
vocati pauci vero electi ⁊c̃. quia ĩ paradi
so non intrãt nec auari nec superbi nec in-
uidiosi nec luxuriosi. ⁊ sic de alijs. Sed q̃
seruant mandata ecclesie scz humiles mi

sericordes casti caritatiui abstinētes pa-
cientes ⁊ diligentes.

¶ De eadē dominica. Sermo.iij.

Ego vobis dico
facite vobis amicos ⁊c̄. Habet̄
verbuz istud originalit̄ Luce.xvi.ca. ⁊ re
citatiue in euuāgelio currētis dn̄ice. ver-
bum est consiliū ⁊ doctrina saluatorl nr̄i
Jhesu xp̄i dicētl. Ego dico ⁊c̄. ad meli⁹
intelligendū consiliū ⁊ doctrinā xp̄i opor
tet declarare vobis vnā questionē quaz
facit beat⁹ Thomas in scd̄a scd̄e de religi
osis dicēs. Que ē melior vita solitaria
vel socialis int̄ gentes. Huic q̄stioni re-
spondet ꝑ duas cōclusiones. ¶ Pri
ma ꝙ p̄sunt in scīa ⁊ bona conscīa in bo
na vita ⁊ v̄tuosa vita ꝑfectis solitaria est
melior. Notant̄ dico ꝑfectis in scientia.
qꝛ solitario necessaria ē ꝑfectio scīe ne in
digeat magistro. qꝛ alias leuiter caderet
in errorē vel falsaz opīonē dyaboli illu-
sione. Itē est sibi necessariū ꝙ sit ꝑfect⁹
in sanctitate vite. alias leuit̄ caderet in ali
quo pctō vel carnis īclinacione. vel dya-
boli tēptacione. vel mūdi occasione ⁊ q̄s
corrigeret eū. exq̄ est solus de peccatis ⁊
defectibꝫ suis ꝓfecto null⁹. Ideo requi-
ritur vt sit ꝑfect⁹ in scīa ne īdigeat instru
ctione ⁊ ꝑfectus ī vita ne indigeat cor-
rectione. Et qui aliter recipit vitā solita
riam ponit se in maximis ꝑiculis ⁊ est q̄si
tēptare deū. Ideo d̄t phus. hō est aīal
sociale per naturā. ⁊ q̄ solitari⁹ viuit aut
est deus. i. diuinalis aut bestia. patz p̄ma
cōclusio scz ꝙ vita solitaria est melior si
recipiat̄ vt debet recipi qꝛ includit perfe-
ctionē scīe ⁊ bone conscīe. ¶ Scd̄a con-
clusio ꝙ ꝑsonis īperfectis simplicibꝫ ⁊ cō
munibꝫ vita socialis est melior quia si ca
dunt in errorē vel falsā opinionē instru-
untur ꝑ alios vel in p̄dicacōne vel ꝑticu-
lari locutione. Idem si cadūt in peccatis
corrigunt̄ ab alijs. hoc d̄t beat⁹ Thomas
⁊ ego inueni auctoritatē in biblia. Me-
lius est duos esse simul q̄ꝫ vnū. habēt enī
emolimentū societatl sue. Si vn⁹ cecide
rit ab alio fulciet̄. ve soli q̄ cū ceciderit nō
habet subleuantē se. Et si dormierit duo
fouebunt̄ mutuo vn⁹ q̄modo calefiet. ⁊
si quispiā p̄ualuerit ꝯ vnū. duo resistunt
ei. Funiculus triplex difficile rumpitur.
Eccs.iiij. Nota meli⁹ ē duos esse simul
⁊c̄. ⁊ ponit tres rōnes
Prima est correctio
Secūda est deuocio
Tercia est defensio
Pro p̄ma d̄t. Si vnus ceciderit scz in
peccato. altero fulciet̄. ve soli q̄ cū cecide
rit nō habet subleuantē. Solus hz cōdi-
cionē oculi q̄ videt alia ⁊ nō videt se Itē
q̄libet defect⁹ alioꝝ cognoscit ⁊ nō suos.
Jō ē nccr̄ia societas bonaꝝ ꝑsonaꝝ ad
correctionē. Ideo d̄t. ve soli qm̄ si ceci-
derit non habet subleuātē ibidē eodē ca.
Sed qn̄ sunt duo si vn⁹ cadit fulciet̄ ab
altero ꝑ bona verba ⁊ ꝑ bonū exemplū.
ꝫ ve soli nisi sit ꝑfect⁹. qꝛ cū ceciderit ⁊c̄.
¶ Pro scd̄a rōne. scz deuocōne d̄t. Si
dormierint duo ⁊c̄. vsq̄ꝫ calefiet. v̄ba sūt
figuratiua. Lect⁹ dicit̄ deuocio in q̄ dor-
miunt socij boni ⁊ vnus calefacit alium.
quia quādo vos videtis ꝙ socius vester
orat ieiunat ⁊c̄. Dicitis vos ⁊ quare ego
non faciam ita ⁊c̄. ⁊ sic accendit̄ in deuo-
cione. ¶ De tercia scz defensione d̄t.
Si quispiā p̄ualuerit cōtra vnū ⁊c̄. vsq̄ꝫ
ei. Demon magis tēptat solitariū q̄ꝫ il-
lum q̄ est in societate. Sic ille q̄ obuiat
inimico solo in via inuadit eū. Secus si
est associatus inimic⁹. quia nō audet eū
inuadere ita est de demone q̄ꝫdiu eua fuit
in societate Ade non fuit temptata sed
quando fuit solitaria. Itē christus q̄ꝫdiu
fuit in societate apostoloꝝ ⁊ discipuloꝝ
suoꝝ non fuit temptatus a dyabolo sed
quādo fuit solūmodo in deserto tunc ⁊c̄.

Dñica.IX.post trinitatis Sermo.III.

Persone solitarie habēt terribiles tēpta
cōes vt pz de beato ambrosio de beato be
nedicto ⁊ aliis multis. Ista est rō qnare
hō timet īcedere sol⁹ denocte ⁊c̄. Sz qñ
hz bonā societatē nō timet. Ido dic̄. Si
quispiā p̄ualuerit ꝯtra vnū duo resistunt
ei ⁊ maxīe tres cū dr̄ funicul⁹ triplex. ⁊c̄
qr nō sufficit hr̄e vnū bonū amicū ꝫ du
os vel tres. Dic̄ seneca in libro de reme
diis fortuitoꝝ ꝙ q̄dam ꝑdito amico fle
bat dicēs. Amicū ꝑdidi. Et seneca ꝯso
lando eū dicebat habes aliū. Et ille vni
cus michi erat. Et seneca. Et quid tu in
tanta tēpestate ad vnā anchorā stabas.
Nauis est vita p̄sens que magnis tem
pestatibus fluctuat̄. Ido nō sufficit vna
anchora nec duo ꝫ tres vel plures requi
runt̄ amici. Ido dr̄ funiculus tripiex dif
ficile rūpit̄ ꝓpter hoc dic̄ xp̄s in themate.
Ego vobis dico facite vobis amicos nō
dic̄ amicū in singulari. Mō vidēdum est
qui sūt fiendi amici. Et īuenio ꝙ quilibet
dz sibi facere ⁊ ꝓcurare tres amicos scz
ꝓximū virtuosū Angelū gl'osū. Ihesuz
xp̄m totū piū Isto modo nauis vite nr̄e
erit firma nec timebit fortitudinem ⁊ sic
tenebim⁹ ꝯsiliū xp̄i dei. Ego vobis dico
facite ⁊c̄. ¶ Dico p̄mo ꝙ quilibet dz fa
cere vt habeat amicū ꝓximū virtuosum.
scz de bona ꝯscīa ⁊ vita ꝓbata ⁊ virtuo
sa. Ratio est qr certū est ꝙ ꝑsona vicio
sa peccatrix ⁊ de mala ꝯscīa nō diligit ve
raciter seip̄am. Imo inimicatur sibiip̄i ⁊
odit se. verbi gr̄a si vos videtis stare vel
sedere aliq̄z ꝑsonā in altū in saxo ⁊ vide
tis ꝙ ꝓicit se ⁊ ꝯterit̄ ⁊ morit̄ nō dicetis
ꝙ talis diligat se ymo odit se. Talis est
ꝯdicio ꝑsone suꝑbiose q̄ cū posset stare ⁊
sedere in firmissimo saxo humilitatis ꝓi
cit se in vētū suꝑbie ⁊ morit̄. Ido iob in
ꝑsona suꝑbi dicit dyabolo. Eleuasti me
⁊ q̄si suꝑ vētū ponēs elisisti me valide sci
as qr morti tradas me Job.xxx. Scdo si
videtis ꝙ aliq̄s sepelit se in fouea sic vi
uum dicetis vos ꝙ ille diligat. Nō ymo
dicetis ꝙ odit se. Sic facit auarus qui se
pelit se terrenis de⁹ fecit eū rectū vt vide
at celum ⁊ desideret celum ⁊ celestia ⁊ a
uarus nō curat viuus existens coopit se
terra ⁊c̄. Ido ꝯtra auaros dicit scriptura
Egredimini suꝑ terram crescite ⁊ multi
plicamini super eam Genes. viij. Nota
egredimini scz vos auari suꝑ terrā de fo
uea auaricie. Crescite scz ī meritis ⁊ ml'
tiplicamini scz in bonis operib⁹ suꝑ terrā
nō intra nec infra terrā ¶ Tercio si vide
tis aliq̄z ꝑsonā se in igne ꝓicientem non
dicetis ꝙ diligat se ymo dicetis odit se.
Sic luxuriosꝰ ꝓicit se ī igne luxurie Luxu
ria aūt nō est nisi ignis qui accendit̄ in per
sona peior igne beati anthonij. qr cōburit
corpus ⁊ animam. Ignis est scz luxuria
vsq̄z ad ꝯsumpcōm deuorās ⁊ omnia era
dicās germina Job.xxxj. Ido in luxurio
so qñ vult facere illū actum statim flāme
illi⁹ ignis luxurie apparēt in facie. Quar
to si q̄s in optimis cibis apponit venenū
⁊ ꝯmedit talis non diligit se ymo odit se
sic similiter faciunt gulosi qui in cibis q̄s
de⁹ ordinauit ad sustineudū corp⁹ appo
nunt venenū in tēperantie ꝙ occidit cor
p⁹ ⁊ animā qr gulosi perdūt pulchritudi
nē corꝑalem fortitudinē visum sanitatē
⁊ vitā. Item in anima perdunt intellec
tum frangūt ieiunia ecclesie iaz ebrij ve
niunt ad missam. Ido dic̄ scriptura in ml'
tis escis erit infirmitas ꝓpter crapulā mul
ti obierūt qui abstinens est addiciet vitā
Eccl'i.xxxvij. Quinto si videtis aliq̄z gla
dio se percutientē iuxta cor nō dicetis ꝙ
diligat se. Sic iracundus gladio odij rā
coris ⁊ ense inuidie occidit se. Qui non
diligit manet ī morte omnis qui odit fra
trem suuz homicida scilicet sui ipsius est. ī
Johis.iij. pz g̃ clare ꝙ nulla ꝑsona viti
osa ⁊ peccatrix diligit se. Imo odit se auc
toritas dauid. Qui diligit iniquitatem
odit animam suaz inquit in psalmo decio

Item aliq̄ qui faciūt contra deū peccatū
⁊ iniq̄tatē hostes sūt aīe sue Thobie.xij.
Fiat g̃ ratio. Si ꝑsona vitiosa nō diligit
se quō poterit diligere ꝓximū suū maxīe
qꝛ dic̄ scriptura. Qui sibi neq̄ꝫ est cui aūt
bonꝰ erit Eccl̄ci.xiiij. Quia dic̄ ph̄s ami
cabilia que sūt ad alterꝝ veniūt ex amica-
bilibꝫ que sūt ad seip̄m. Si ergo pecca-
tor nō diligit se quō diliget te. Si g̃ vis
hr̄e bonā amiciciā oꝫ ꝙ amicus sit perso-
na virtuosa al's meliꝰ esset nō hr̄e amici-
ciā Ido respice bene cū q̄ habes amiciciā
⁊ ꝯmunicacōnez qꝛ ꝯmunicatio amicitie
causat moꝝ similitudinē. Exemplum de
pomis qꝛ vno corrupto corrūpunt̄ oīa
alia ⁊ oīa alia nō poterūt sanare corruptū
Ita est in vna societate vna mala ꝑsona
corrupta corrūpit om̄s alias ⁊ om̄s nō
poterūt sanare corruptā. Qui cum sapi-
entibꝫ gradit̄ sapiens erit. Amicus stul-
toꝝ sil'is efficit̄ Prouer.xiij. Ido ꝑmuꝫ
amicū q̄ꝫ debemꝰ nobis facere est ꝓximꝰ
virtuosus de q̄ dic̄ scriptr̄a. Amicus fidel'
ꝓtectio fortis q̄ īuenit illū īuenit thesau
rū Eccl̄i.vj. Nota amicꝰ fidelis ⁊c̄. duo
mala habemꝰ in h̄ mundo scꝫ habundan
tiā tribulacōm. Scdo defectꝰ ꝯsolacōm
Sꝫ bonꝰ ⁊ fidelis amicus. ꝑmo est pro
tectio fortis ꝯtra tribulacōes ⁊ aduersita
tes ⁊ scdo ꝯsolat̄ ido dic̄. Qui īuenit il-
lum īueuit thesauꝝ. ¶ Dico scdo ꝙ qui-
libet debet facere sibi amicū āgelū glorio
sū Magnū q̄d est ꝙ possumꝰ hr̄e amicū
angelū gloriosū dꝛ angelꝰ amicus eo ꝙ
hꝫ ꝯdicōnes fidelis amici ⁊ boni Amicꝰ
fidelis firmꝰ est in dilectione nō statim ꝓ
nichilo recedit ab amico. Ido dicit scrip-
tura. Amicus si ꝑmāsit fixus erit tibi q̄si
coequalis ⁊ in domesticis tuis fiducialit̄
aget Eccl̄. vj. Nota amicꝰ si ꝑmanserit
fixus qꝛ est amicus tempalis ⁊ ꝯmensal'
De quibꝫ Eccl̄. vj. Tales nō permanent
in tēpore tribulacōis vt patet in beato pe
tro q̄ anteq̄ꝫ esset perfectꝰ cū essꝫ īmensa

cū xp̄o dicebat dn̄e ꝑatus sū ⁊c̄. Sꝫ in
aduersitate negauit eū. Ita est de multis
Ido dic̄ amicꝰ scꝫ ꝑmāserit ⁊c̄. Istam
ꝯdicōnez hꝫ angelꝰ q̄ nō deserit amicum
suū a principio vite vsq̄ꝫ ad finez. Nota
quō qn̄ mulier dꝫ ꝑere d̄s vocat angelū
dicēs sibi Ecce vides illā mulierē modo
dꝫ ꝑere ꝯmitto tibi ꝓlē. Angelus repu
tat h̄ ad magnā gr̄aꝫ ⁊ regr̄at̄ deo ⁊ dēs-
cēdit ⁊ cicꝰ creat̄a venit ī manꝰ angeli q̄
sūt custodia ⁊ diligētia q̄ꝫ ī maībꝫ obste
tricl. vos nō cogitetl hāc maxīam angeli
amiciciā. Si rex vellet ꝯmittere oues su
as alicui militi vel comiti statī indig̃rent̄
nec facerēt tn̄ angeli q̄ꝝ minor maior est
papa vel imꝑatore libēter veniūt ⁊ recipi
unt ī custodia oues dei. Ido dic̄ Hiero
nimꝰ sup illo verbo Dico vob̄ ꝙ angeli
dei in celis sp̄ vidēt faciē p̄ris mei Mat.
xviij. Dic̄ ibi ieronimꝰ Magna ē digni-
tas aīaꝝ vt vnaq̄q̄ꝫ ab ortu. Itē nō de-
serit ꝑ totā vitaꝫ. qꝛ tot sūt demones ꝙ
nō ꝑmitterēt hoīez facere aliq̄d bonū nec
p̄dicare īmo qn̄ dormimꝰ suffocarēt nos
nisi qꝛ bonꝰ angelus custodit nos. Nos
dormīꝰ ⁊ ip̄e vigilat. Ecce q̄lis amicus
nullꝰ rex vl' papa ita bn̄ custodit̄ a suis cu
bicularijs Idē de eo dic̄ dd̄. ecce nō dor-
mitabit neq̄ꝫ dor. ⁊c̄. Et si aliqn̄ ascendit
in celū nō tn̄ ex h̄ dimittit custodiā. ymo
si videt dyabolū īuadentē amicū suū sibi
ꝯmissū statī occurrit ad adiuuandū. Itē
qn̄ facis aliq̄d pctm̄ licet dicat. O iste ri
baldꝰ tn̄ nō deserit te. qꝛ statī dyabolꝰ te
duceret ad infernū. h̄ tantꝰ est amor an-
geli ꝙ nō dimittet te nec ꝑmittit ꝙ dya-
bolꝰ faciat ꝯtra te. Ido dd̄. Angel' suis
mādauit de te ⁊c̄. In oībꝫ vijs tuis. scꝫ
ꝑ terrā mare de die ⁊ de nocte dormiēdo
⁊ vigilādo. Item nec in finem deserit qn̄
ꝑsona laboret in extremis veniūt demo-
nes ⁊ si ꝑsona sit īpenitens demones de-
ridēt bonū angelū dicēdo ⁊ q̄d vis tu h̄
qꝛ iste nr̄ est qꝛ fecit h̄ ⁊ h̄ ⁊c̄. Et angelꝰ

adhuc pōt de⁹ sibi dare ꝯtricōm. ⁊ demones q̄lis ꝯtritio hoīs q̄ tenuit talē vitam. ⁊c̄. Et angel⁹ eleuatis oculis in celū d̄t dñe habeatis me excusatū ⁊ aīa sic ipenitens recipit̄ a demonib⁹ ⁊ angel⁹ ascendit ī celū. Si ꝟo sit aīa ꝑsone penitentis tūc angel⁹ bon⁹ deridet demones di. Canes q̄d vult̄ h̄.o dicūt adhuc posset peccare. Et angel⁹ nō peccabit. Nā de⁹ qui conseruauit eū vsq̄ mō etiā cōseruabit eū ⁊c̄. Vos nō auditis istas disputacōnes. q̄ ex peccatis habem⁹ aures obstructas. Finaliter angel⁹ recipit aīaz ⁊ demones fugiūt ⁊ angel⁹ portat aīaz secū in celuz Factū est vt moreret̄ mendic⁹ ⁊ portaretur ab angelis in sinū abrahe Luce.xvj Nōne videt̄ ḡ vob̄ si angelus est bonus amic⁹ ꝑmanens a ꝑncipio vite vsq̄ ad finē de h̄ auctoritas. Ecce ego mitto angelū q̄ precedat te scz in natiuitate ⁊ custodiat te in via. Ecce scd̄m ⁊ introducat te ī locū q̄ paraui Ecce tercīū Exo.xxiij Angelus dz fieri amic⁹ ex ꝑte nr̄a ꝑ orationē. Nā debē⁹ dr̄e sibi q̄libet die mane ⁊ sero vnam breuem orōnem scz angele q̄ me⁹ es custos pietate supna. Me tibi ꝯmissū ꝟua defende gub̄na ¶ Dico tercō q̄ q̄libet debet facere sibi amicū ih̄m xp̄m totū piū bon⁹ amic⁹ est hō virtuos⁹ melior est angelus gl̄osus. Sz optim⁹ ih̄s xp̄s pijssimus ⁊ pietate plen⁹ Tū raōne sue bouitat̄. Tū rōne durabilitatis. Tū ratione vtilitatis. Ido dic̄ script̄a de eo. Amic⁹ fidel̄ scz xp̄s medicamētū vite ⁊ īmortalitat̄ ⁊c̄. Eccl̄i. vj. Nota medicamētū vite q̄ nec xp̄s ꝟtuos⁹ nec angel⁹ gl̄os⁹ pñt dare medicinā remissionē peccatoꝝ nisi d̄s. Quis pōt pctā dimittere nisi sol⁹ d̄s Mar.ij. Istā medicīam dat xp̄s in h̄ mūdo. In alio mūdo dat medicinā īmortalitat̄ ī gl̄a et̄na iste amic⁹ lucrat̄ ꝑ tīorē cū sequit̄. Qui metuūt dominū īueniūt illū. Qui timet dñm eius habebit amicīciā Eccl̄i. vj. ¶ Dupl̄r pōt timēi d̄s. Prīo ꝟuil̄r scz inchoādo pñiaz tīore pene. Nā pñia īcipit a tīore pene ⁊ ꝓcedit amorē gr̄e ⁊ gl̄e. Exēplū de acu ⁊ filo ī suēte. Nā ac⁹ penetrat pūgēdo ⁊ filū ꝯiūgit ⁊ colligit subsequēdo. Ita ꝯtricō ē ac⁹ pētrās cor filū ꝯiūgēs cum d̄o ē ꝓpositū bñ viuēdi ⁊ sic xp̄s fit aīc⁹ nr̄. Qui diligit cordis mūdiciā s. ex ꝯtricōne ꝓpt̄ gr̄az labioꝝ s. ī ꝯfessiōe habebit aīcū regē Pro.xxij. ecce q̄re dic̄. q̄ ti. ⁊c̄. Scd̄o dz tīeri final̄r ꝟuando sua ꝑcepta ⁊ tl̄ib⁹ d̄t ip̄e. Vos amici mei est̄ si feceritl̄ q̄ ego ꝑcipio vob̄ d̄t dñs Joh̄is.xv Et sic tenebim⁹ ꝯsiliū xp̄i ego vob̄ dico facite vob̄ amicos ¶ Sermo q̄rt⁹

Qui se existimat stare videat ne cadat.j.ad Coꝝ x. In p̄sēti volo p̄dicare vnā mat̄iā magni auisamenti vite nr̄e ꝟm q̄ thema dat mihi motiuū s. q̄t modis ⁊ q̄b⁹ ꝑsone cadūt ī pctis. Jō volēs vos auisare vt caueat̄ decreui de ista materia nūc p̄dicare salutet̄ ꝟgo maria resūat̄ thema. Scriptura scā q̄ ē os q̄ loquit̄ nob̄ d̄s declarat nob̄ altitudīes vt excellētias q̄s hz ꝑsōa deuota ꝟuiēs d̄o di. ecce ītelliget ꝟu⁹ meus ⁊ exaltabit̄ ⁊ eleuabit̄ ⁊ sublimis erit valde Ysa.lij. Ponūt̄ in dctā auc̄te.iiij. altitudīes seu excellētie ꝟui dei. s̄ vt melius ītelligat̄. Sciēdū q̄ ī h̄ mūdo ꝑsone hūt altitudinez ⁊ excellentiaz aliq̄ istaꝝ q̄tuor rōne s. vel ꝑ sciaz vel ꝑ nobilitatē generis vel ꝑ diuitias vl̄ ꝑ potētiā. Ist̄ q̄tuor modis etiā hz altitudīez ⁊ excellētiā ꝑsōa deuota q̄ ꝟuit deo. Prīo ꝑsone hūt altitudīez ꝑ sciaz q̄ qñ ꝑsona ē subtilis. Isto mō ꝑsona deuota q̄ seruit deo hz excellētiā q̄ licet nesciat legere tñ ex bona vita q̄ tz hz magnā sciam. q̄ hz a d̄o mg̃nā claritatē intellcūs. q̄ sñ mgr̄o scit q̄d credēdū ⁊ spādū. Tl̄ib⁹ d̄r vnctionē accepistis ab eo maneat ī vob̄ ⁊ non nc̄ce hēt̄ vt aliq̄s doceat vos s̄ sic vnctō

docet vos de oibꝫ.j.canoica Johis.ca.ij
Per hoc ꝙ dic̄ vnctōm denotat clarita-
tem intellectus. Quia sicut marinarij.i.
naute qui in fundo maris volunt clare vi-
dere emittunt de ore globū de oleo ⁊ tūc
vident clare. Ita deuote ꝑsone recipiūt
vnctōez claritatis a deo. Si ergo ꝑsona
est alta per sciaz ⁊ serui dei ⁊c̄. Ecce qua
re dicit ecce intelliget seruus meꝰ ¶ Se
cundo sūt ꝑsone alte ⁊ excellentes ꝑ no-
bilitatez ⁊c̄. qꝛ sunt filij regis ⁊c̄. Ex hoc
maiorē altitudinez habet quelibet perso-
na deuota. qꝛ in omni g̃du ꝑentele xp̄s ꝑ
sone deuote iūgit̄ dempto vno est frater
per gr̄am ⁊ ꝯsanguineꝰ nepos ⁊ mater. ꝫ
nō pater qꝛ deus pater nulli ꝯmunicauit
vt sit pater xp̄i. de ista ꝑētela auctoritas
Quicūq; fecerit voluntatē patris mei q̄
in celis est. Ipse meus frater ⁊ soror est
mater ⁊ nō dicit pater Mathei.xij. Ido
dicit. Ecce seruus meus exaltabit̄ scz per
nobilitatē diuinalē ¶ Tercio eleuabit̄ ꝑ
diuitias. Ideo dr̄ diuiti in altis habitat.
Sz diuitie huiꝰ mūdi nichil valent re-
spectu diuitiaꝝ sernoꝝ dei. qꝛ diuitie mū
di solum durāt hic ⁊ deꝑdi possunt ⁊ mo
lestant. Sz diuitie ꝟuoꝝ dei vt virtutes
⁊ merita ⁊ hic ⁊ in alia vita semper du-
rant ⁊ perpetue sūt gloria ⁊ diuitie in do
mo eius scz in ꝯscia ⁊ iusticia eius manet
in seculum seculi. Iō dic̄. Ecce ꝟuꝰ meꝰ
eleuabit̄ s.ꝑ diuitias spūales ¶ Quarto
exaltant̄ ꝑ potentiā vt reges prelati ⁊ do
mini tēꝑales. Ista racōne persona deuo
ta exaltat̄ intm̄ ꝙ q̄si est omnipotens ra-
tione sue voluntatis deliberate. qꝛ nichil
vult nisi ꝙ deus vult ⁊ isto mō loqueba
tur apl's dicens. Oīa possū in eo qui me
confortat ad Phil'.iiij. Ideo dicit Ecce
ꝟuus meꝰ sublimis erit valde. Fiat ergo
rō si ꝑsona q̄ stat in bona vita est ita alta
⁊ excellēs vt ꝓbatum est valde debet se
auisare ne cadat ꝑ pctm̄ qꝛ q̄nto g̃dus ē
altior tanto casus est ꝑiculosior. ꝓpter ꝫ

dicit thema. Qui se existimat stare vide-
at ne cadat patet thema vt vos auisem in
venio in sacra scriptura ꝙ q̄tuor sūt occa
siones quibꝫ ꝑsone deuote cadūt in pctis
Pr̄ia est ꝑ dyabolicalē tēptacōez. scda
ꝑ familiarē affectōez. tercia ꝑ delicōsam
ꝯuersacōez. q̄rta ꝑ negligentialē opacōz
¶ Et nō sūt pl'es modi cadendi ⁊ qui de
istl vult se auisare ⁊ custodire semper sta
bit alte scz in gr̄a dei g̃ qui se existimat sta
re videat ne cadat ¶ Dico p̄mo ⁊c̄. scz ꝑ
dyabolicaz tēptacōm qꝛ licet temptatio
dyabolica nō possit cogere liberꝝ arbitriū
ad peccandū tū illa tēptatio hz tantā in
petuositatē ꝙ nisi hō auiset se venit cum
impetu ⁊ ꝓicit ad terrā ⁊ isto mō scz im
petuoso diruit vnū magnū murū scz dd.
¶ Dicat̄ hystoria de dd q̄ de palatio suo
vidit vxorē vrie lauātē se ⁊ statim temp
tatio demonis venit ad eū di. O quō est
pulchra mittas ꝓ ea ⁊ veniet. qꝛ vir suꝰ
nō est in ciuitate ⁊c̄. Dicat̄ quō peccauit
ij. Regū.xj. O q̄lis turris q̄ erat dauid
puer existens ⁊ custodiens gregē patris
interfecit leonē. ita erat fortis ⁊ tū nō re-
stitit tēptacōi. Ratio qꝛ venit īpetuose.
Ido dixit ip̄e impulsus cesus sum vt ca
derē. Et dn̄s suscepit me ⁊ dat remedi-
um ne decetero hō cadat dicēs. Fortitu-
do mea ⁊ laus mea dn̄s ⁊ factus ē mihi
in salutē p̄s.cxvij. Sic̄ ille qui stat solus
⁊ nō se tz ad columpnā leui īpulsu cadet
Sz qui se tz fortiter ad colūpnā fortis-
tissimā scz dn̄i duobꝫ brachijs amplexā
do scz vigilia ⁊ orōne talis etiā ad mag-
nū īpulsū nō cadet. Ido qꝛ dn̄s fortitu-
do eiꝰ. Ecce quare dicit dominus fortitu
do mea. quasi dicat ego ex me nō sum for
tis. sed domine teneas vel sustentas me.
Istud consilium nō solum est dauid. sed
cristi Ihesu qui in nocte passionis dixit a
postolis. Vigilate ⁊ orate vt nō intretis
in tēptacōez Mat.xx. Sz qꝛ nō tenue-
rūt ꝯsiliū eiꝰ ido īpulsi tēptacōe ceciderūt

fugiendo ꝛc. Patet ergo quare aliq̄ ca-
dunt dyabolica tēptacōne. Ideo remedi-
um est vigilando ī orōne appodiare se.
Ideo dic̄ thema q̄ se existimat ꝛc. Dico
scdo ꝙ scdus modus q̄mō ꝑsona deuota
cadit est familiaris affectio. Et iste mul
tos ꝛ mltas ꝓsternit. Qñ em̄ religiosus
vel clericꝰ seu heremita est deuotꝰ ꝛ bōe
vite stat alte in gr̄a. ꝛ qñ dyabolꝰ nō po
test ipsū diruere in pingendo ponit sibi in
via scandalū vt ibi īpingendo cadat. scan
dalū est familiaritas alicuiꝰ mlieris etiā
deuote ꝛ benigne bone intencōnis ꝫ pau
latim cadūt. Et sic̄ grauius cadit ille qui
currit qñ īpingit q̄ ille qui vadit spacio-
se sic g̃uior ꝛ ꝑiculosior est casus ꝑsone
deuote currentis ad ꝑadisū ꝑ magna ope
ra q̄ illiꝰ qui leuiter ambulat. Ideo aui-
so vos. O q̄t sancte ꝑsōe fuerūt in mun
do q̄ cū maximo f'uore spūs inceꝑunt vi
tā scām currētes vt cameli. ꝫ īpingendo
ceciderūt. O q̄t mulieres deuote q̄ qñ vi
dēt aliq̄z religiosū deuotū vel clericū cu-
piūt hr̄e suā familiaritatē etiā bona intē
cōne dicendo. O quō est iste gr̄osus hō
ego faciā amiciciā cū eo. Dicat̄ h̄ hysto-
ria q̄ cōtigit in ytalia de filia illiꝰ comitis
deuotissima q̄ clam dimisit pr̄em ꝛ in ha
bitu dissilato iuit romā ꝛc. Tūc fuit veri
ficata ꝓphetia illa Iere. Fortis īpegit in
fortē ꝛ ambo ꝑiter corruerūt Iere.xlvj
Quia fortis erat illa puella ꝛ fortis ille
scūs sacerdos. Ideo mulieres vos auisetl
ꝙ vos cū nullo q̄ntū cūq̄ deuoto recipia
tis familiaritatez nec intromittatis vos
de coquina ꝛc. Dicatis sibi pater orate ꝓ
me ꝛ orabo ꝓ vobis ego nō sum coq̄na-
ria ꝛc. Ideo dic̄ scriptura in via ruine nō
eas ꝛ nō offendas in lapides nec trades
te vie laboriose nec ponas aīe tue scāda-
lum Eccli.xxxij. Via ruine scz cadēdi est
familiaritas ibi offendit̄ in lapidibꝰ pctō
rū via est laboriosa ꝓpter tp̄is ꝛ aīe ꝑdi-
cōm ḡ. Qui se existimat stare ꝛc ¶ Ter

cius modꝰ cadēdi est ꝑ deliciosaz ꝯuersa-
cōm qñ scz tenent bonā vitā ꝫ d̄ delitijs
mūdi volūt scz q̄ntū pñt recipe sine pcō
Isti cadēt nō īpulsi nec offendēdo ꝫ ex lu
bricitate vie. qꝛ sic̄ ille q̄ vadit ꝑ viā lu-
tosā licet nō īpellat̄ nec īueniat scādaluz
cadet ex lubricitate ꝙ nō fieret si ꝑ viam
siccā recederet Ita qñ ꝑsona vult ire per
viam deliciaꝝ bñ comedere ꝛ sepe rigare
guttur dicēdo. vere istud nō est pctm̄ exq̄
hō nō frāgit ieiunia ecclie. Item comedere
carnes ꝑtare camisiā tl'is diu stare nō po
test ꝑm Bernar. Lub cauerūt vestigia no
stra ī itinere plateaꝝ nr̄aꝝ ꝛ appropinq̄-
uit finis nr̄ Trenoꝝ.iiij ¶ Nota dr̄as in
ter plateas ꝛ vicos platee sūt late ꝛ sig-
nāt ꝑsonas q̄ late vadūt in delitijs ꝛc. ꝑ
vicos strictos signant̄ ꝑsone que restrin
gūt se a delitijs ꝛc. ꝛ vadūt sine ꝑiculo
de luto. Sz de illis q̄ vadūt ꝑ plateas d̄
litiaꝝ dicentibꝰ hoc bñ pōt fieri. qꝛ nō est
pctm̄ dic̄ appinq̄uit finis nr̄ scz bone vite
De istl dd ꝯcordās cū Iere. dt Ipi obli
gati sūt. i. īuoluti ꝛ ceciderūt ps.xix. Re-
mediū qd habēꝰ h̄ ad h̄ dat apl's di. Car
nis curā ne feceritl ī desiderijs ad Ro.xiij
Licet bñ in uccrijs qꝛ qñ ꝑsona deuota ī
firmat̄ q̄ alias nō ꝯsueuit comedere car-
nes nec dormire in lecto ꝫ ꝯsueuit porta-
re ciliciū. In infirmitate nō dz ista ꝟuare
qꝛ sic̄ asinꝰ oneratꝰ cadēs ī terrā non pōt
cōmode eleuari nisi onus deponat̄ q̄ ele-
uato iteꝝ reponit̄ sibi onꝰ. Sic ꝑsona de
pñia est vt asinꝰ sup̄ se portās onꝰ pñie
q̄ si cadat ꝑ īfirmitatē dz deponere onus
qꝛ al's nō posset curari satl pñia ē hr̄e pa
ciētiā ī infirmitate. Pꝰ curacōz sūmatis
onus. Ecce quare dicit Carnis curam ne
feceritis in desiderijs. Nemo em̄ vnq̄m
carnem suam odio habuit sed nutrit ꝛ fo
uet eam necessarijs ad Eph̄.v. ¶ Quar
tus modus est ꝑ negligentialem operacō
nem. Deuotio em̄ spiritualis ꝛ oracōes
ꝛ opera penitentialia sunt fortitudines

sustinentes personaz in altitudine gr̃e dei
qꝛ si dimittant̃ ex tedio vel negligentia in
cipit ꝑsona refrigescere ⁊ ad casum dispo
nit̃. Verbi gratia de religioso vel clerico
deuoto qñ dicit ⁊ q̃d oportet me surgere
ad matutinas ita mane vel orare genibꝫ
flexis ⁊ sic de alijs ⁊ paulatim dimittit ta
lis in breui cadit quia deuotio q̃ est forti
tudo deficit ⁊ licet nõ sit ĩpulsus a demõe
nec inueniat scandalum in lubricitate vie
cadit tñ ex negligentia abierũt retrorsuz
scz dimittendo bonam vitã pñiam ⁊ ce
ciderunt in terrã Johis.xviij. Super hoc
habẽ⁹ ꝯsilium a xp̃o dicente. Allegorice
Accinge lumbos tuos ⁊ tolle baculum
meũ in manu tua ⁊ vade.iiij. Regũ.iiij.c
¶ Nota accinge lumbos tuos qꝛ sic̃ ille
qui vadit sine cinctura plice tangũt terrã
Ita negligentes vadũt ad terraz. Ideo
dicit accinge ⁊c̃. ⁊ tolle baculũ meum in
manu tua scz baculũ crucis. qꝛ sicut ille q̃
surgit de infirmitate ⁊ est debilis susten
tat̃ baculo ne cadat. Ita ꝑsone deuote si
aliq̃ciens attedient̃ vel sint negligẽtes ⁊
debiles baculum scz xp̃i crucem ⁊ passio
nem non solum oculis ꝫ manibꝫ opando
Maius ꝯfortam̃ ꝙ possumus habere in
bonis opibꝫ est memoria passionis cristi
Verbi gr̃a si habẽtis tediũ de ieiunio co
gitate ieiuniũ xp̃i ⁊ prandiũ qđ habuit in
cruce. Si de despectione habẽtis tediũ co
gitate q̃d dicebat̃ xp̃o vach q̃ destruis ⁊c̃
Si pulices vos inq̃etant cogitate puncti
ones xp̃i in capite in manibꝫ ⁊ pedibus.
Si de paupertate tediũ habẽtis cogitate
xp̃m nudũ in cruce. Ecce q̃re dicit accĩge
lumbos tuos ⁊c̃. Ergo q̃ se existimat sta
re videat ne cadat.

¶ Sermo quintus de eadẽ dominica

Temptacio vos
nõ apprehendat nisi huãna.j.ad
Coꝝ.x. Quia hoc verbũ hz difficultatẽ
in theologia. Cogitaui in isto ꝑmone vo
bis ip̃m declarare ꝓ ꝯsolacõne ⁊c̃. Salu
tet̃ virgo maria ⁊c̃. ⁊ resũmatur thema.
Doctrina est cõmuĩs in sancta theologia
ꝙ si adam nõ peccasset. omnes fuissemus
in paradiso terrestri ⁊ sine labore tribula
cõne seu difficultate introissemus glori
am paradisi. Quia sine labore ⁊ difficul
tate fecissemus bonũ. Sed ex quo adam
peccauit ⁊ in pr̃e nos facti sumus omnes
fuimus exules in hoc mũdo. Et cũ mag
nis difficultatibꝫ laboribꝫ periculis habẽ
mus lucrari paradisum celestem. Recte
videt̃ mihi fore simile cuidaz ꝑabole de
quodam nobili viro habẽte plures filios
quibꝫ dicebat sitis boni. Ecce ista heredi
tas erit vestra. Semel autem isti filij fe
cerũt quoddã malũ magnũ ꝓpter qđ pa
ter expulit eos de domo sua. Et ipsi iue
runt per mundũ ⁊ passi sunt multa mala
ibant mendicando ⁊c̃. Tandem quidam
bon⁹ homo ex ꝯpassione interposuit se in
ter filios ⁊ patrem ⁊c̃. Et pater prece
pit eis cum tali cõditione ꝙ nullo modo
possent habere hereditatem eius. prius ꝓ
missam nisi prius lucrarentur eam in ar
mis bellando ⁊ si essẽt victores daret eis
hereditatem aliter nõ ¶ Ita recte accidit
nobis ex ingratitudine q̃ꝫ fecerunt hoĩes
scz adaz ⁊ eua. Deus pater qui paraue
rat gloriam ⁊c̃. Exulauit homines ĩ hũc
mundum in quo mltas tribulacõnes pas
si sunt. Sed venit cristus ⁊ posuit se inter
deum patrem ⁊ homĩes. vnus mediator
dei ⁊ hominum Hõ cristus ihs qui dedit
redẽpcõnem semetip̃m ꝓ omnibus.j.ad
Thymotheũ.ij. Et finaliter recõsiliauit
nos deo patri. sed tali cõdicõne vt nõ ha
beamus gloriam vt prius habuissemus.
Sed cum laboribꝫ ⁊ periculis exercitan
do nos in armis ⁊ si etiam simus valen
tes ⁊ victores habebimus hereditatẽ alt̃
non. Ex ista veritate coactus fuit Pau
lus dicere. Per multas tribulacões oz
nos intrare in regnũ celoꝝ. Actuũ.xiiij.

Dñica.IX.post trinitatis Sermo.V.

Ex ista ratione Job illuminatus spūsāc
to assilauit vitā vr̄az milicie di. Militia
est vita hoīs sup terrā ⁊ sicut dies merce
narij dies ei⁹. Job. vij. Racō qr si miles
vel mercenari⁹ bñ laborāt merent̄ stipē
diū alr̄ nō ꝫ punctōez. Idē de nob nota
te hic in biblia nr̄a habet̄. Militia est vi
ta hoīs trāslatio antiq̄ ⁊ approbata habz
tēptatio est vita hoīs. Unde mirū est de
tanta diuersitate in translacōib⁹ que tñ a
spū sancto fuerūt facte illuminādo trāsla
tores. Ido apostolus.j.ad Cor.xij. In
ter gratias spūssancti ponit interp̄tacōes
quare ergo translator posuit ibi. Militia
est vita hoīs cū habet̄ temptatio est vita
hoīs. Rñ deo ꝙ spūssanctus hoc fecit ad
significandū ꝑ ista duo verba ꝙ ꝑ vnum
nō poterat dici. vita em̄ nr̄a dr̄ militia re
spectu stipēdij ⁊ dr̄ temptacio respectu no
stri posse. Jam scitis ꝙ milites ⁊ hoīes ar
mor̄ sponte militāt ꝓ stipendio ⁊c̄. Ita
nos ꝓ glia obtinenda. Ido dicit̄ Mili
tia est vita hoīs. Sed dr̄ temptatio ꝓprie
versuchunge seu ꝓbatio hoc ostēdit posse
nostr̄. qr in nostra militia habē⁹ tm̄ pos
se ꝙ nō possem⁹ vinci nec capi coacte. qr
nullus pōt cape vel cogere libr̄ arbitriū
ad pecādum. Milites tñ multociens vī
cunt̄ ⁊ captiuant̄ ꝫ nos nō. Ideo tēpta
tio.i. versuchūge. qr dyabol⁹ nō potest co
gere libr̄ arbitriū. ꝫ vadit in circuitu ad
tēptandū si posset capere ⁊c̄. De isto pos
se dic̄ apostol⁹. Fidelis aūt de⁹ q̄ nō pati
etur vos tēptari sup̄ illud ꝙ potestis sed
faciet cū tēptacōe ꝓuentū vt possitis su
stinere.j.ad Cor.x. Propter ꝫ dic̄ the
ma. Temptatio vos nō apprehendat ⁊c̄.
Adhuc restat difficultas q̄ est ista tēp
tacio huāna. ꝓ h⁹ difficl̄tatis solucōn
¶ Nota ꝙ tres temptaaōnes in sūma ī
uenio q̄s habem⁹ in ꝫ mundo a p̄ma ⁊ se
cūda est valde cauendū. qr cadere in illis
includit peccatū mortale de tercia nō pos
sum⁹ nos cauere. ¶ Prima est tēptacō
diuinalis ¶ Scd̄a est tēptacio dyaboli
calis. ¶ Tercio est tēptatio humanalis.
Ideo dicit thema temptatio vos nō ⁊c̄.
scz diuinalis nec dyabolicalis nisi huma
nalis. ¶ Dico p̄mo ꝙ p̄ma temptatio
est diuinalis qñ deus tēptat aliquem nō
tñ credatis ꝙ temptatio diuina sit incli
nando ad peccatū. qr de⁹ nō ē causa pecca
ti nec incliat ad peccatū. De hoc vide scm̄
tho.j.ij.q.lxxix.arti.j. Imo dicit scriptura
Nemo cum tēptat̄ dicat qm̄ a deo temp
tat̄. deus em̄ intemptator malor̄ est ipse
aūt neminē temptat sp̄ ad peccādū Jaco
j. Querit̄ g̃ que est tēptatio diuina ⁊ ad
q̄d dico ꝙ diuina temptatio est ad ꝓba
cōm creature nō dei qr deus oīa nouit sed
ipsi⁹ creature. de ꝫ vide scm̄ tho.j.ꝑte.q.c
xiiij.arti.ij. ⁊ si in temptacōne tēptat⁹ te
neat fortiter det gloriā deo. Si defecerit
conet̄ ad ꝫ ꝙ peniteat ⁊ ꝙ ceteris sit in ex
emplū. Ista tēptatio fit a deo dupliciter
Primo ꝑ ꝓsperitatem. Scd̄o per aduer
sitatē. Dico p̄mo ꝙ aliquociens de⁹ tēp
tat de honore sanitatē ⁊ sic de alijs nō in
clinādo ad peccatū ꝫ vt tu scias ⁊ cognos
cas te ⁊ alijs sit exēplū q̄si dicat de⁹. vi
deam⁹ q̄d faciet iste. Ad intelligendū ꝫ
dicat̄ quō dñi qñ nouiter recipiūt vnum
ꝟuitorē ꝓbāt eū dimittendo flor̄ scient̄
in aliq̄ loco vel aliq̄d simile. nō ꝙ dñs ve
lit ꝟuū recipe flor̄ ꝫ vt ꝓbet eū ⁊c̄. ⁊ sic
abscōdit florenū fur est ⁊ expellit ip̄m de
domo sua. Si reuelat reputat̄ bon⁹ ⁊ fi
delis. Idē de dña ꝓbante ancillā in pecu
nijs vel iocalib⁹ seu escis vel vino si sit fid̄
lis ⁊c̄. Isto modo de⁹ temptat nos. O
q̄t latrones ⁊ fures sūt in domo dei deus
tēptat eos ⁊ ipsi nō se auisant Verbi gr̄a
qñ est magna fama de aliq̄ diuīo sortile
go seu incantatore ꝙ facit magnas cura
cōnes quas sanitates deus operat̄ temp
tet vos vt experiat̄ q̄d facietis qñ dr̄ vo
bis vultis sanari de tali infirmitate vel in
venire rem perditam vadatis ad talem.

ꝛc. Et modo q̄d facietis qꝛ deus. Idem de fulguribꝫ ꝛc. Dicit̄ vobis faciatis sic dicat̄ talia nomina qꝛ ꝓbatum est ꝙ nō erit malum tempus ꝛc. temptacō est. O q̄t sunt latrones furando deo honorē diuinum ꝛ dyabolo offerūt eum. Dicatur etiam ꝯtra mulieres q̄ tot faciunt truffas contra istas tales. Ecce textus sacre scripture. Si surrexerit in medio tui ꝓphetes aut qui sompnū vidisse se dicat ꝛ predixerit signum atq̄ portentā ꝛ euenerit ꝙ locutus est ꝛ dixerit tibi eamus ꝛ sequam̄ deos alienos quos ignoras ꝛ seruiamus eis nō audies verba ꝓphete illius aut sōpniatores qꝛ temptat vos deus vt palam fiat vtꝝ diligatis eum an nō in toto corde ꝛ in tota aīa vestra Deutrono.xiij. Dimittatis ergo talia ꝛ recurratis ad nomē Jhs Dicat̄ de virtute eius ꝛ mō dicēdi sup̄ infirmitatem vel plagā ¶ Scdo tēptat deꝰ ꝑ aduersitatem qn̄ ꝑsona vult facere aliquod bonum opus deus ꝓcurat aliq̄ꝫ aduersitatem vt ꝓbetur quid faciet semp̄ intelligendo vt dixi. qꝛ deus nichil ignorat. Pro intellectu huius dicatur ꝙ semel quidaꝫ miles habēns inimicos recepit nouiter vnum scutiferꝫ in suo seruitio q̄ꝫ volens ꝓbare tractauit cum duobus amicis scutifero ignotis ꝙ in via inuaderent militem ꝛ scutiferꝫ. Cunq̄ꝫ illi duo inuasissent militē vt erat ordinatum clamantes interficiat̄. tunc scutifer deserens dn̄m suū fugit. Propter ꝙ dn̄s expulit eum de domo ꝛc. Isto modo deus temptat nos qn̄ aliq̄s religiosus clericus vel secularis recedit a mala vita q̄ꝫ tenebat ꝛ incipit bonā vitam seruando suam religionem faciendo penitentiā ꝛc. Talis se tūc sociat cum milite scꝫ cum xp̄o. Sꝫ dicit deus videamus probētur iste parat j. duos vel tres aduersarios vt ꝓbetur q̄ sūt dolor infirmitas statim qn̄ incipit seruire quis deo veniūt dolores in capite vel stomacho ꝛc. Non debemus fugere quia temptatio est ad ꝓbandum. Idem de infirmitatibꝫ. Item de linguis gentiū dicētiū. Ille est ypocrita vt habeat missas scī amatoris ꝛc. Mane in ꝓposito qꝛ temptacōnes sūt nō dicatis O miser ante erā quietꝰ ab istis nō possē sustinere ꝛc. Itē idez de temptacōne de fide catholica nō dicatur. O miser ego nō ꝯsueui hr̄e ista. ꝛc. Resistite fortiter quia tēptacōnes sunt. Ecce quō temptat deus ꝑ aduersitatem Ad hoc dicat̄ exēplū de abraham Gen̄. xxij. Temptauit deꝰ abraham ꝛc. Dicat̄ hystoria breuiter quō illa temptacō fuit abrahe in laudē dei ꝛ augmentum meriti Itez fuit in exemplū obedientie nobis ꝑ locū a maiori. Si abrahā in re tā magna ꝛ difficili fuit deo obediens quantomagl̄ nos quibꝫ non precepit interficere filios ꝛc. Sꝫ precepta ꝯnat̄ alia ꝛc. Ido dixit deus abrahe. Quia tu fecisti rem hanc ꝛ nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me benedicā tibi ꝛ multiplicabo semen tuūꝫ ꝛ in semine tuo scꝫ xp̄o benedicēt̄ omnes gentes terre Genes̄.xxij. Ecce quō deus temptat nos ꝓspitate ꝛ aduersitate. Iō nec ꝓpter ꝓspitatem habēndaꝫ nec ꝓpter aduersitatem fugendā faciamus ꝯtra deum. s̄ seruemus eius precepta. Fili accedens ad s̄uitutē dei sta in iusticia. i. pn̄ia ꝛ timore. i. deuocōne ꝛ prepa amimā tuam ad temptacōeꝫ Eccl̄.ij. ¶ Dico scdo ꝙ tēptacō est dyabolica ista fit ex malitia sicut diuīa ex miscdia est qn̄ dyaboli cogitant gloriā q̄ꝫ ꝑdiderunt ꝛ vident ꝙ nos respectu eoꝝ sumus formice ꝛ ꝙ acquirere debemus illā gloriā dicunt maliciosi impediamus eos ꝛ tēptemus. Ecce malicia. Ideo dixit bēatus petrus cuidaꝫ qui fecerat q̄dam magnum peccatum. Cur tēptauit sathanas cor tuū Actuū.v. Et īueni ꝙ dyabolus tenet tres modos tēptandi. scꝫ piscatoris. Aucipitis ꝛ truffatoris. piscator volens cape pisces. prioꝓicit escam sine hamo nō ꝙ capiat pisces

sine hamo ꝫ ꝓbat si pisces ꝯmedēt Sꝫ
hoc ideo facit vt post cū hamo possit ca-
pere ⁊ eos interficere. Ita facit dyabo-
lus ꝑmo ꝓicit escas cogitacōes ⁊ ꝑtici-
pacōes alicui⁹ mulieris vt p⁹ cū hamo
pcti capiat te Auctas. Nescit homo fi-
nē suū sed sicut pisces capiunt hamo. sic
capiunt hoīes in tpe malo. Eccī. ix. ca.
tpe malo. i. temptacōis. Et sicut pisces
nō statim senciūt hamū sed qñ trahunt
ad littus Ita tu mō nō sentis hamū pec
cati sed qñ traheris ad littus scꝫ finē vi
te ⁊c. ¶ Scds dyabol⁹ temptando te
net modū aucipitis. auceps ponit gra-
nū vt capit volucrē. qui cū capit granū
capit. Ita dyabol⁹ capit volucres reli
giosos clericos ⁊c. Cū grano honoris ⁊
ꝑlacōis seu dignitatis. qñ audiunt talis
epūs est mortuus. dyabol⁹ stati temp
tat dicēs O si tu posses hr̄e illuꝫ episco
patum ꝫ posses facere cū rege ⁊c. Idē
de secularib⁹ de aliq̄ officio dādo a rege
dicit tēptacō. O si tu mō posses hr̄e qꝛ
rex ꝓmisit alteri. Ego diffamabo eum
ꝙ nō est fidelis regi ⁊c Ido eccs. ix. Si
cut aues ꝯp̄hendunt laq̄o sic capiunt ho
mīes cū eis exēplo supuenerit ¶ Item
dyabolus tertō mō tēptando tenet mo
dū truffatoꝝ dicat de ferrarijs ꝓicien-
tib⁹ ferraturā ignitā in vico vt decipiāt
simplices. vt rideāt. Idē de argētarijs
ꝓiciendo florenos ⁊c. Ita recte facit de
mon qñ dicit vobis talis ꝑsona vel coī
tas indiget. c. vel. M. florenis ad mu-
tuādū. Ideo si vultis vos mutuare re-
spondebit vobis loco ⁊ noīe census da
būtq̄ ꝓ. c. mutuatis q̄nq̄ mō dyabol⁹
ꝓicit ferrū calidū vel florenū vt ꝯburat
aīam vr̄am ꝑ auariciā. qꝛ ex mutuo re-
cipe aliq̄d vsura est ⁊ damnacio. nisi sit
vera emptio ⁊ vendicio ⁊ p̄cium iustuꝫ
alias vsura est. Dicatur hoc exemplum
beati anthonij qui inuenit pomuꝫ auri in
deserto ex dyaboli temptacōe prepara
tum ⁊c. Propter ꝫ dicimus in vltima
peticōne de pater ur̄ Et ne nos inducas
in temptacōem. i. ne ꝑmittas nos indu-
ci in temptacōem Sed libera nos a ma-
lo. Ergo temptacio vos nō apprehendat
¶ Tercia temptacō est humana que de
se solū vadit ad veniale peccatum. Tēp
tacio humana dicit que est solum infra
limites sensualitatis sine assensu rōnis.
verbi gracia. Tu vides inimicum tuum
subito sanguis tuus mouet ad vindictā
ista est tēptacio humana. qꝛ naturaliter
mouet ad vindictā. quia etiam formica
quātum potest si iniuriat vindicat se. sꝫ
auisetis vos ne racio cōsenciat. qꝛ tunc
ro. Item deus nūerauit oēs stellas celi
Jam scit deus q̄t dies ⁊ q̄t noctes eē in
mundo dn̄t. Item iā scit de⁹ ⁊ ab eterno
sciuit q̄t grana arene debebāt eē in mari.
Itē q̄t frondes in arborib⁹ finaliter oīa
nūerauit. Itē q̄t reges ⁊ q̄t imp̄atores
debebant eē in mūdo. et q̄t debebant ire
ad p̄adisum et q̄t viri et mulieres debe-
bant eē in mūdo. et q̄t debebant ire ad
p̄adisum et q̄t ad infernū. Nūc venit q̄-
stio. vos dicitis q̄ deus nūerauit q̄t ho-
mines et mulieres irent ad celū. et iam
sunt noīa eorū in celo scripta. iuxta illud
gaudete et exultate q̄r noīa vrā scripta
sunt in celis. Lu. x. Non op̄tet igit̄ facere
bonū q̄r scīa dei nō p̄t deficere. pone ⁊ ad
duc hic materiā predestinatōis quā īue
nies in s̄mone de p̄ destinatōe ad plenū.
Tn̄ breuiter dicendū ē. q̄ sic̄ de⁹ scit et
ab eterno sciuit q̄t hoīes deberent saluari
ita etiā scit et sciuit quib⁹ medijs ⁊ p̄ que
media. Non ergo debem⁹ omittere op̄a
bona s̄ diligēter ea īplere vt certā nrā ꝫ
faciam⁹ vocatōem ⁊ vt salutē conseq̄ va
leamus. de h̄ vide btm̄ Tho. p̄ma p̄te.
q. xxiij. de p̄ destinatōe d̄i. ⁊ etiā p̄mo scp̄
to de eadē materia. Secundo videam⁹
de operibus gubernatōis general' quō de
us gubernat oīa. Si vnus senescall⁹ gu
bernat. vnde senescalliā suā cū discretio
ne ⁊ iusticia dicit. homo iste senescallus
est sapiens. qm̄ patriā suā bene gubernat
ita est de deo Nā possum⁹ faciliter vide
re quō gubernat elementa sicut vnū tri-
pudiū. iam scitis q̄ in choreis vnus tenꝫ
manū alterius. et ille qui vadit primus
tenet seu portat vnā manū solutā ita est
de elementis. Nam quodlibet elemētū
duas habet qualitates. primo ignis est
calidus et siccus. Item aer ē calidus et
humidus. aqua frigida et humida. Itē
inquantū frigida se tenet cū terra. etc̄. ⁊
si nos vellemus facere tripudiū rotūdū
terra inquantū sicca se tenebit cū igne in
quantū ignis etiam ē siccus. Ecce ergo
quō deus gubernat oīa cū magna sapīa:
Item hodie vigebat bonū temp⁹ ⁊ cras
nō. Itē hodie mare erit impetuosum p̄p
ter venti fortunā. et forsan cras erit sua-
ue et tranquillū. Itē arbores in estate
p̄ducūt flores et fructus. in hieme vero
nō. et sic de alijs deus gubernat oīa cum
sua sapīa. Jō dd̄ inquit in p̄s. q̄ magna
sunt op̄a tua dn̄e oīa ī sapīa fecisti. possꝫ
aliquis facere vnū argumentū. frat̄ vos
dicitis q̄ de⁹ ē gub̄nator generalis qui
oīa sua sapīa gubernat videt̄ q̄ n̄ q̄r q̄li-
bet bon⁹ gub̄nator euitat mala de p̄ria
sua. ⁊ tn̄ nos videm⁹ q̄ de⁹ p̄mittit mul
ta mala. ergo videt̄ q̄ nō sit bon⁹ guber
nator. rn̄deo ⁊ dico q̄ de⁹ mala q̄ susti
net et p̄mittit in mūdo nō euitat q̄r non
congruit sue sapīe illas vitare alias de-
strueret res liberas. Nā ip̄e dedit liberū
arbitriū creaturis hūanis ⁊ n̄ cōueīt sue
sapīe p̄hibere liberū arbitriū s̄ bn̄dat cō
silia bōa. ⁊ dyo. di. n̄ ē dīne sapīe creatu
ras destruere s̄ cōs̄uare. ecce aucto. de⁹
ab īicio cōstituit hoīeꝫ ⁊ reliq̄t eū ī manū
ꝯsilij. glo. īterli. ī p̄tāte liberi arbitrij ⁊ ad
iecit illi p̄cep̄ ⁊ mādata. seq̄t̄ qd̄ placue
rit ei dabit̄ illi. ecc̄. xv. drā ē īter p̄cep̄ ⁊
mādata qm̄ p̄cepta sūt fortiora q̄ man
data q̄r mādata sūt affirmatīa veluti di
cere. sabbata scīfices. itē honora pa. t. ex
odi xx. s̄ p̄cep̄ sūt negatīa sic̄ n̄ adorabis
deos aliēos. itē n̄ assu. no. dei t. ī va. item
nō furtū facies. ista sunt p̄cepta ⁊ nullo
modo licꝫ facere cont̄ ea dicūt doctores

q̄ mādata obligāt sēp̄. sed nō in ōni casu seu nō ad sēp̄ sicut honora p̄rem tuū quoniā si pater se facit infidelē tūc filij nō tenēt̄ ip̄z honorare. nō ergo obligāt mādata in ōni casu Sed ꝯt̄ p̄cepta nullo modo est faciendū Nota tamē q̄ doctores distinguūt p̄cepta ⁊ dicūt q̄ q̄dā sūt affirmatiua q̄dā negatiua Negatiua obligāt sēp̄ ⁊ ad sēp̄ vcr̄ qr̄ p̄ma p̄cepta habēt speciale nomē qr̄ dicūt̄ mādata ido p̄t h̄ nomē p̄ceptū poni tantū ꝓ negatiuis ſm regulā topicā. ⁊ ido dicit adiecit illi p̄cepta ⁊ mādata. sequit̄ ī auc̄tate apposuit tibi de⁹ aquā ⁊ ignem ad qd̄ volueris porrige manū tuā aquā i. grām. ignem. i. pctm̄. Ad quā volueris porrige manū tuā sequitur ante hominē vita ⁊ mors quod placuerit ei dabitur illi. Nota q̄ placuerit. ⁊c̄. si quis vult saluationē habebit. si damnationez idem. tñ sunt plures mendaces circa hoc qm̄ oēs hoīes volūt vt dicunt ire ad p̄adisum. ⁊ tñ nullo modo se prep̄ant quia cū dñt sequi iter p̄adisi s. humilitatē liberalitatē castitatem patientiā caritatē abstinentiā ⁊ diligentiā. ista em̄ ꝓducunt hoīem ad salutez tñ sequūtur iter quod producit ad infernū. s. sup̄biam auariciā luxuriam. ⁊ si aliquis querit vultis vos ire ad p̄adisum diceret tā bene q̄ꝫ vos tamen falsum dicūt quia iter inferni tenēt ⁊ non p̄adisi. Itez si dicatur vsurario vl̄ raptori. quo vultis vos ire dicūt q̄ ad p̄adisum ⁊ falsum dicūt qm̄ sequūt̄ iter inferni. s. vsuram ⁊ rapinam que ducūt hoīem ad infernū Item tam oēs xp̄iani mali q̄ꝫ iudei siue sarraceni oēs dicunt q̄ volūt ire ad p̄adisum sed falsum dicūt quia iter inferni sequūtur. ⁊ sic de alijs. Ecce quare dicit scriptura ante hominez vita ⁊ mors bonū ⁊ malū. Nam dominus vellet q̄ omēs saluarētur. ⁊ ideo si nos seq̄mur iter p̄adisi saluabimur qr̄ hoc iter bonū ⁊ acceptum est coram saluatore nostro deo qui vult omēs homines saluos fieri ⁊ ad agnitionē veritatis venire. vnus est em̄ mediator dei ⁊ hoīm homo xp̄us ihūs qui dedit semetip̄m ꝓ omībus. p̄ma thi. ij. Nūc mouetur questio quia si iam scit deus q̄ eris damnat⁹ quare ergo creauit te. Dico q̄ creauit te vt saluus esses. ⁊ eris si teneas bonam vitam ⁊ continuas bonam vitam vsq̄ ī finem saluaberis. Unde debetis scire q̄ seruat in nobis deus modum quem seruat qui in domo sua habet aliquem malū hominem ⁊ proditorem. Et ideo ponamus q̄ aliquis rex dat alicui militi in domo sua existēti malo et proditori villas ⁊ castra. qui miles quanto rex sibi plura dat tanto ipse miles perseuerat magis ī proditione q̄d facit ipse rex de illo. nōne destruet eum profecto. ita deus facit q̄ꝫuis sumus mali facit nobis multa bona. vt malicia nostra auferatur fecit nos ad imaginē suā ⁊ lauit nos in baptismo vt essemus boni ⁊ mundi. ⁊c̄. finaliter si in malis p̄seuerauerimus destruet nos. de ista tñ malicia vide ad longum in sermone de predestinatione. ⁊ hoc sufficit d̄ secunda parte. ¶ Tercio videamus opera redēptōis hūane nature ⁊ h̄ duobꝫ modis d̄clarabo. p̄ma p̄s erit speculatīa respiciendo dīnitatē et̄nalē. secūda erit speculatīa sil̄ ⁊ moral̄. quo ad p̄tē primā dicūt phī ⁊ multi alij q̄re ihūs cū posset facere remissionē generalē se īcarnauit ⁊ voluit sustinere labores ⁊ passiōz maxīe cū dicat phs q̄ frustra fit p̄ plura qd̄ p̄t fieri p̄ pautiora. rñdeo q̄ isd̄ argumētū vcīt p̄ ignorātiā vl̄ p̄ īaduertentiā. ꝓ q̄ sciendū q̄ drā est inter deum et hoīem v̄tutes q̄s nos habem⁹ nō sūt essencia nostra simil̄ nec bonitas iusticia in iudice iusto īmo sūt accidēcia ⁊ sūt q̄litates aduēticie qr̄ q̄ mō ē iust⁹ forte erit post ea īiust⁹ ⁊ īiust⁹ ꝯuertit̄ qñq̄ ⁊ fit iust⁹ Itē misericordia magna v̄t⁹ est. maxīe in diuitibꝫ qui tā de boīs tp̄alibꝫ q̄ꝫ spiritualibꝫ dāt indigētibꝫ mag̃ enī v̄t⁹ ē h̄ ē q̄litas aduētitia in hoībꝫ qr̄ vna p̄sona

misericors potest effici crudelis. tñ ī deo totū est ꝯtrariū. iusticia eī in deo. est sua essencia. sua diuinitas misericordia dei ē sua eeñtia. ⁊ nō qualitas aduēticia Uñ dico sicut deus nō p̄t dimittere suā eeñtiā ita nec p̄t dimittere suā misericordiā nec iusticiā. ita dicit ap̄lus deus iust⁹ se ip̄m negare nō p̄t. ij. thi. ij. Iudex ī mūdo isto qñq̄ facit tantā iusticiā ꝙ nihil erit de misericordia. Sz ī deo simł est ⁊ cōcurrit iusticia ⁊ mīa. Pro q̄ dauid in p̄s. c. misericordiā ⁊ iusticiā cātabo tibi dñe. Auscultate ⁊ attēdite si de⁹ dixissz hoībꝫ ī̄mitto vob̄ oīa pctā vr̄a ⁊ sim⁹ amici deīceps custodiatl vos. h̄ eēt maxīa mīa. tñ vbi eēt iusticia. ⁊ si dixisset peccastis cōtra me. ego volo ꝙ oēs sitis damnati. magnus rigor iusticie hoc esset. tamen ibi esset misericordia. vnde conueniēs fuit ꝙ in redēptōe nr̄a seruaret misericordiā ⁊ iusticiā. Rigor iusticie magna fuit dare sanguinē suū preciosū pro oībꝫ. misericordia fuit ꝙ ip̄e qui nō tenebat̄ nec erat obligatus voluit soluere p̄ciū pro oībꝫ. q̄re rō quā dicunt infideles frustra fit ꝑ plura ⁊c̄. nulli⁹ est efficacie siue valoris sed ꝓuenit ex magna ignorancia qm̄ bene omnia fecit. ⁊ possumus dicere verbū thematis admirabatur dicentes bene omnia fecit. ⁊ hoc est quod dictum fuit ex ꝑte dei cōsiderando suam diuinitatē. tamē si cōsideremus ex parte nostra dico ꝙ mala ⁊ peccata in quibus nos eramus ip̄e voluit facere redemptionem Prima ꝓpter peccatū Ade ⁊ eue ip̄i fuerunt relegati de ꝑadiso terrestri in mūdum istū. sed filius dei voluit descendere ⁊ incarnare se in ventre virgīs gloriose vt ꝑ suū descensum nos ascenderemus. Et ecce qūo fuit cōueniens opus istud pro redempcōne nostra. Itē malū istius mūdi incepit in muliere sponsata. et ideo voluit deus ꝙ bonū veniret per mulierem virginē desponsatam virginē scilicet mariā. Item adam ⁊ homines si remāsissent in paradiso terrestri nullum malum neq̄ dolorem habuissent. Sed post aliquod tempus tranati ad celum. Unde de⁹ dixisset sancto michaheli fac ascendere illos in celum ⁊ propter h̄ voluit dei fili⁹ sustinere dolorem ⁊ passiones in isto mūdo, vt credentes ⁊ obediētes sibi nullum dolorem sustinerēt ī paradiso. Item per peccatum venit ignorācia in anima quoniaz ꝑm ꝙ dicit ph̄us. anima est tamq̄ tabula rasa in qua ⁊c̄. in qua in principio sue creacionis nihil erat depictum ꝓpter hoc voluit xp̄s predicare in mundo isto ⁊ dare legem euāgelicam vt nos habeamus scienciā Itē adam quādo peccauit fuit ligatus per luciferū ⁊ seductus. et ꝓpter hoc dei filius voluit ligare luciferum. Itez quia propter peccatum homines flagellabantur in inferno. Ideo voluit dei filius flagellari vt sibi credentes ⁊ obediētes a talib⁹ flagellis liberarentur. Item quia ꝑ peccatum erat damnatus ad corrupcōnem ꝓpter cōtrarietatem q̄tuor elementorū voluit filius dei iudicari coram quatuor iudicibꝫ. vt sibi credenres ⁊ obedientes liberarentur a corrupcōne ⁊ mortalitate. Item filius dei voluit coronari vt sibi credentes ⁊ obedientes reciperēt eternam glorie coronam. Item per lignum hoc est fructū ligni homīes fuerūt ꝯdemnati ad patibulum īferni. Ideo xp̄s dei filius dixit patri. pater volo in patibulo crucis leuari. vt credentes ⁊ obediētes de furca īferni liberentur finaliter omēs Sic sua sapientia deus ordinauit ꝙ nihil fuit suꝑ fluum. quare bene omnia fecit. Ideo dicit̄. ij. Machabeoꝝ secūdo. Benefaciat vobis deus. quare nos cogitantes ista magna opa possum⁹ dicere thema. Admirabantur omnes ⁊c̄.

Dm̄ca. xij. Sermo scd̄s.

Precepit eis ne cui dicerēt math̄· vij. Sermo erit

de sancto euangelio presentis dm̄ce qꝛ cōtinet multa secreta sacre scripture speculatia ⁊ moralia ⁊ habem⁹ multas bonas doctrias speculatias ⁊ morales. Salutet̄ virgo maria. Scm̄ euangeliū hodiernū declarat nobis tria opa virtuosa ⁊ miraculosa de christo.

Primū est humanalis incarnatio
Secundū diuinalis miseratio.
Terciū virtualis humiliatō

Primū allegorice seu figuralit̄. Scdm̄ tropologice seu moraliter. Terciū historice seu lrāliter. De tercio ⁊ finali loquit̄ thema. p̄cepit eis ne cui dicerēt. Et hoc fecit ex virtuali hūilitate. ¶ Dico p̄mo ꝙ euāgeliū hodiernuꝫ oñdit nob̄ de xp̄o p̄mū opus virtuosū qd̄ est hūanalis incarnari in vtero virgīs ꝓ nr̄a saluacōne Hoc oñditur in p̄ncipio euāgelij qñ d̄r Exiēs ih̄s de finib̄ tyri venit ꝑ sydonē ad mare galilee. q̄ est īter medios fines decapoleos ⁊ adducūt ei surdū ⁊ mutū et dep̄cabant̄ eū vt īponat illi manum. Dicet aliq̄s ⁊ qūo oñdit̄ hic hūana incarnatio. Dico ꝙ bñ sed subtilit̄. In incarnacōe aūt filij dei fuerūt sex misteria. scꝫ termī⁹ a q̄. via ꝑ quē venit Termī⁹ ad quē: modus ei⁹ viuēdi: Nccitas nostra Finalis vtilitas. Ista sex pūcta siue misteria subtilit̄ oñdunt̄ in p̄ncipio euāgelij. ¶ Prīo termī⁹ a q̄ oñditur cū dicit̄ exiens de finib̄ tyri. i. plasmacōis s̄m interp̄tacōem hebraycam vel creacōnis ¶ Nota p̄mū elementū q̄si fundamentū creacōis ē terra dauid. Inicio tu dñe fundasti terrā p̄s. c. j. Scdm̄ ascēdendo est aqua. Terciū aer. Quartū ignis deinde celū ꝙ a ph̄is d̄r. v. eeñcia. ⁊ sunt decē celi. Primū est lune. scdm̄ ascēdendo est mercurij. Terciū veneris. q̄rtū solis q̄ntū martis. sextū iouis. septimū saturni. Octauū celū stellatū. i. firmamētum in q̄ sunt site oēs stelle coēs. Nonū primū mobl̄e s̄m ph̄os ꝙ a theologl̄ d̄r cristallinū. b̄ celū d̄r aque q̄ sup celos sūt

Decimū celū d̄r ēpirrēū in q̄ sūt āgeli et bti vbi sunt. ix. ordies āgeloꝝ archāgeloꝝ ⁊c̄. Sup oēs āt est cathedra dei. De istl̄ finib̄ exiuit xp̄s veniens ad hūanā incarnacōeꝫ ī vteꝝ v̄ginis nō de celo lune nec mercurij ⁊c̄. b̄ de finib̄ tyri. scꝫ creacōis de finib̄ āgeloꝝ. De b̄ ꝓphat̄ dauid ⁊ salmō fili⁹ ei⁹. dauid dicit A sumo celo egressio ei⁹ ⁊c̄. p̄s. xviij. Dicat̄ ꝯ iudeos q̄ b̄ exponunt de sole ⁊c̄. Itez salmō dixit. ꝓcul ⁊ de vltīs finib̄ p̄ciuꝫ ei⁹. s. nr̄e redēpcōis. Scdo videa⁹ viā ꝑ quā venit qꝛ dicit euāgeliū ꝙ venit ꝑ sydonē. i. tacentē vl̄ s̄m īterp̄tacōeꝫ hebraycā taciturnitatē Ecce v̄go maria q̄ fuit tacēs. bernard⁹. virgo regia ip̄a est via ꝑ quā saluator venit ad nos. Taciturna fuit. qꝛ licet libent̄ audiret v̄ba bona scā raro tū loq̄bat̄ Jō hēbat ꝑuū os. vtꝫ ī veronica quā depixit btūs lucas Jō lu. .ij. Maria āt ꝯseruabat oīa v̄ba h̄ cōferēs ī corde suo. Bonū signū est ī muliere taciturnitas. Et malū signū est loq̄citas. Terci⁹ t̄mī⁹ ad quē venit oñdit̄ cuꝫ d̄r ad mare galilee. i. rota volubil̄ s̄m īterp̄tacōem hebraycam. Ecce via p̄ñs amara qꝛ s̄m boeciū multl̄ amaritudib̄ est resp̄sa q̄ rotat̄ ⁊ voluit̄ ꝑ q̄tuor āni tp̄a s̄m cursū solis. de q̄ p̄t ītelligi illud ezech̄. x. Ecce apparuit rota vna. s. p̄ñs vita. xp̄s nō venit ad regnandū in b̄ mundo. Ymo dixit corā pylato: regnū meū nō est de b̄ mūdo. nec venit ministrari. sꝫ ministrare math̄. xxvij. Ad illū t̄minū ad quē. s. p̄ñtē vitā. venit xp̄s ad sustinēduꝫ amaritudīes. auct̄s. et sūt v̄ba xp̄i hoīs ad deū prēm. dñe si sic viuit̄. s. ī b̄ mūdo s̄m tuā ordīacōem. ⁊ talib̄. s. iudeis vicios̄ vita sp̄ūs mei corripies me. s. ī passione. ysa. liij. ꝓpter zel⁹ ꝓpl̄i mei ꝑcussi eū etc̄. et viuificab̄ me. s. ī resurrectōe gl̄osa Ecce ī pace amaritudo mea amarissima Nō xp̄s sustinuit tres amaritudines in hac vita. Prima fuit amara. Secunda fuit amarior Tercia fuit amarissima.

Prima fuit abstinenciaꝝ ieiunioꝝ vigiliaꝝ ⁊ laboꝝ. qꝛ cũ nõ esset nisi. xxx. ãnorũ extimabat̃. l. annoꝝ vt pꝫ Joh. viij.
¶ Scda fuit amarioꝛ scꝫ ꝑsecutõ dura iudeoꝝ. q̃ oĩa dicta ⁊ facta xp̃i calũniabant̃ ⁊ ĩ malũ ĩterp̃tabãt̃. ⁊ sua miracula demonibꝫ attribuebãt ista amaritudo tangebat coꝛ eius. ex eoꝝ damnacõne
Tercia fuit amarissima scꝫ ei⁹ captio ligatio flagellatio moꝛs ⁊ passio ⁊c̃.
¶ Quarto videndũ est de suo mõ viuẽdi cũ dicit̃ Inter medios fines decapoleos. a deca ꝙ est decẽ ⁊ polis ciuitas. s. ꝓuincia decẽ ciuitatũ. et significat p̃cepta decalagi q̃ sunt quasi decẽ ciuitates fideles ĩ paucis abudãcia ⁊ securitate ꝯsistentes. Euge serue bone ⁊ fidelis qꝛ ĩ modico fuisti fidelis eris in ptãte habẽs sup̃ decẽ ciuitates Lu. xix. Int̃ istas medios vixit xp̃s. qꝛ in medio ꝯsistit virt⁹
Nolite putare qm̃ veni soluere legẽ aut ꝓphas. ñ veni soluere ꝫ adĩplere. math̃. v. Diceret aliq̃s ⁊ est argumẽtum iudeoꝝ. exq̃ xp̃s seruauit legẽ. q̃re nos non seruam⁹. Sed istud argumentũ ꝓcedit ex ignorãcia. ymo dico ꝙ exq̃ xp̃s seruauit legem nos nõ debem⁹ seruare. Qꝛ sicut voluit suspendi in ligno crucis. ne aliquis sibi credens ⁊ obediẽs suspendat̃ in furca ĩferni. Ita voluit ꝫuare legẽ moysi ⁊ eã ꝯplere ⁊ eidẽ finem dare ne nos eã seruarem⁹ Jdo apl's. Finis eĩ legis xp̃s est ad iusticiã om̃i credenti ad Ro. x.
¶ Quĩto videnda est nc̃citas q̃ erat ex ꝑte nrã que oñdit̃ cũ dꝛ Et adducũt ei surdũ ⁊ mutũ. Nã ꝫm bedã. Homo audiẽdo verba autiq̃ serpẽtis surd⁹ ẽ ⁊ cecus ⁊ mutus ad laudandũ deũ. Surditas aũt p̃uat hoĩem a fide q̃ nõ potest haberi nisi ꝑ auditũ. Fides est ex auditu ad Ro. x. Et qꝛ mut⁹ nõ poterat creatorem suũ laudare Jdo de surdis ⁊ mutis dicit dauid. Aures hñt ⁊ nõ audiẽt neq̃ em̃ est spũs scꝫ laudis in oꝛe ĩpoꝛuꝫ ps. c. xxxiiij. Sexta final' vtilitas cum dꝛ Et dep̃cabat̃ eũ vt ĩponat illis manum scꝫ opatio salutaris. q̃si em̃ quĩq̃ digiti sunt Euãgelica p̃dicatio. virtuosa conuersatio. doloꝛosa passio. gloꝛiosa resurrectio. ⁊ miraculosa ascẽsio. dauid. Fiat man⁹ tua vt saluet me. p̃s. cẽtesiõ. xviij.
¶ Dico tercio ꝙ euãgeliũ hodiernum oñdit de xp̃o aliud opus virtuosuꝫ qd̃ ẽ diuinalis miseracio qua motus fuit ad curandũ surdum ⁊ mutum cũ dꝛ Et ap p̃hendens eũ de turba seoꝛsũ vsq̃ loquebat̃ recte. Septem ceremonias ꝫuauit xp̃s curãdo illum ĩfirmũ. que sũt nc̃cie ĩ curacõe cuiuslibet ĩfirmi ex pctõ moꝛtali
¶ Prima ibi. Et apprehendẽs eũ. Ecce coꝛdis cõtricio. per quã hõ liberatur a dyaboli capcõe. ⁊ apprehendit̃ a xp̃o et ligat̃ cathena gr̃e. Ista captio est bñdicta apl's. Sequoꝛ si qũo ꝯphendã ⁊ ĩ q̃ ꝯphensus sum a xp̃o ihu. ad philipp. iij.
Secũda ibi de turba seoꝛsum. Ecce p̃ue societatis dimissio q̃ innuit̃ in hoc qꝛ xp̃s nõ voluit eũ curare int̃ gentes. sed ext̃ Poeta q̃ nocitura renes. q̃uis sint cara reliq̃. Tercio misit digitos suos in auriculas eius Ecce de obediẽdo p̃ceptl ꝓpositio. Rõ quia sicut sũt digiti. x. ĩ manibꝫ sic sunt decem pꝛecepta ad meritorie opandũ ad om̃ia opa meritoꝛia pñt reduci Om̃ia que locut⁹ est dñs faciemus ⁊ erimus obedientes Exod̃. xxiiij.
Quarta ibi expuens tetigit linguã eius Ecce oꝛis cõfessio necessaria. quia sicut expuens purificat stomachum Ita cõfitens purificat aĩam ab omnibꝫ maculis culpe. Si ꝯfiteam̃ peccata nrã fidelis et iust⁹ est deus vt remittat nobis peccata nr̃a ⁊ emundet nos ab omni iniq̃tate. j. Jo. j. Sꝫ q̃re xp̃s p̃mo expuit ⁊ p⁹ tetigit lĩguã ei⁹. Rñdeo ꝙ h̃ fecit ac si diceret xp̃s. Si ego fui cõfessus ⁊ tu etiã debes ꝯfiteri Nõ h̃ ꝙ xp̃s bis fuit ꝯfess⁹ in vita ista non de peccatis suis. Quia nullũ peccatũ habuit vnq̃. sed cõfitebat̃ ꝓpl'i pctã ac si eẽnt pctã sua ꝓpꝛia in p̃s.

Saluuū me fac deus vbi dauid loq̄bat̄ in ꝑsona xp̄i dicēs. Deus tu scis īsipien ciā meā ⁊ delicta mea. Nota ꝙ peccata ꝓpria ꝓpli dicit sua. a te nō sunt abscondi ta. glosa dat hāc silitudinē ac si man⁹ vl̄ pes fecerit alicui offensam. ⁊ caput siue os peteret veniā q̄ nō fecerūr offensaꝫ Sed hoc dicit ꝓpter cōiunctionē mēbro rū ⁊ capitis. ita etiā ⁊ nos sum⁹ mēbra et xp̄s caput ad Ro. xij. Mēbra fece rūt offensas ⁊ pctā. ⁊ xp̄s pctā mēbro rū dicit esse sua. Secūdo fuit cōfessus ī morte in lecto crucis qñ dixit. hely. hely. id est deus meus ⁊c̄. seq̄tur longe a sa lute mea verba delictoꝝ. qꝛ ergo primo ip̄e fuit cōfessus. ideo ⁊ tu cōfitere pctā tua. Quīta ibi suspiciēs in celum. Ecce attenta orō q̄ꝫ post cōfessionē homo de bet recipe iuxta illud. Fili peccasti ne ad dicias iteꝝ. sed de p̄stinis dep̄care vt ti bi dimittantur eccs. xxi. Sexta ibi inge muit. Ecce pn̄ialis oneris susceptio Si cut aīal ex onere īgemescit ita corp⁹ ex onere pn̄ie. Ido dicit dauid in persona penitētis. Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis rugiebā a gemitu cordis mei p̄s. xxxvij. Septima ibi. Effeta ꝙ ē ad apire. Ecce iniuriaꝝ remissio. ꝑ cordis apicionē. ⁊ debitoꝝ restitucio. ꝑ sinistre apicōem. Elēosinaꝝ q̄ꝫ largicio ꝑ dex tre apicōem. Etiā os est apiendum ad eucharistie coīonem ⁊ sic curat̄ homo a spūali īfirmitate ⁊ ideo sequit̄. Et stati apte sunt aures eius. ⁊ solutū est vincu lum lingue ei⁹ ⁊ loq̄bat̄ recte. ¶ Dico tertio ꝙ ostendit scm̄ euāgeliuꝫ de xp̄o virtualem hūiliacōnem. cū dicit p̄cepit eis ne cui dicerent vsqꝫ et mutos loqui. Questio ē hic qꝛ dicit text⁹ p̄cepit eis ne cui dicerent. ⁊ post dicit quāto āt eis magis p̄cipiebat tanto magis plus pre dicabant ¶ Est questio si illi peccabant vel nō. Et videtur ꝙ peccabāt. qꝛ facie bāt contra mādata xp̄i. Huic questioni Respōdet sctūs thomas ꝙ nō peccabāt qꝛ nō faciebāt ꝯtra xp̄i mādatū quādo eni xp̄s p̄cepit eis ne cui dicerēt hoc di xit tali gestu ⁊ modo ꝙ īnuebat ꝙ no lebat vanā gloriā ⁊ ex alia ꝑte īflāma bat corda illoꝝ vt miracula publicarēt ad dei laudē ⁊ honorē. in hoc ostenditur ꝑfecta humilitas. q̄ habet duo. p̄mo fu gere vanā gloriā ⁊ vitare de bonis opi bꝫ mathei. vj. Attendite ne iusticiā ves tram faciatis corā hominibus vt videa mini. alioq̄n mercedē nō habetis apud patrem vestrū q̄ in celis est Nota ꝙ va na gloria siue gloria mūdi potest esse in bonis opibꝫ tripliciter Primo velud domina Secūdo velud socia Tercio ve lud ācila. p̄mo mō est pctm̄ mortale. se cūdo mō ē veniale. tercō ē meritū. Pri mo modo vl̄ vt domina est vana gloria qñ quicq̄d ꝑsona facit hoc facit ꝓpter va nā gloriā mūdi vt videat̄ laudet̄ repu tet̄ ⁊c̄: tūc opa illa sunt vt pulchra po ma ꝫ intus est ꝟmis inanis glorie ⁊ tūc est pctm̄ mortale. ꝓpter hoc dicit atten dite ⁊c̄ ¶. Secūdo est velud socia qñ homo incipit op⁹ bonū sācta ⁊ bona in tentione vt ꝑmonem vel aliud sed post venit vana gloria cogitādo O modo di cet̄ ꝙ tues bon⁹ vel aptus ⁊c̄ tūc est vt socia qꝛ associata est opi bono. tunc nō est pctm̄ mortale sed veniale. Nota de beato bernhardo q̄ in tēpore suo erat de maioribꝫ mūdi p̄dicatoribꝫ ⁊ cum se mel p̄dicaret sācta ⁊ bona intentōe pro honore dei ⁊ saluatione animaꝝ ⁊ decla rando illa magna secrēta scripture ꝯuer teret multos. vēit ad eū vana gl̄a cogita uit dimittere ꝑmonem ꝫ non fecit: Sꝫ respondit vane glorie dicens. nec ꝓ te ī cepi nec ꝓ te desistā ¶ Tetio velud an cilla ⁊ tunc non solū nō est pctm̄ morta le nec veniale. ꝫ meritoria. qꝛ ē ꝑfectōis apostolice qñ p̄lat⁹ ep̄⁹ vl̄ p̄dicator ap petit bonā famā vti sua p̄dicatio faciat fructū. qꝛ si reputat̄ ribald⁹ ei⁹ doctrina nullū furctū faciet. Sꝫ sicut miles q̄ ha

bet militare querit bona arma ⁊ instrumenta. Ita instrumenta p̄dicationis sūt bona fama. sancta vita bona scīa. Jō Gregori⁹. sancti p̄dicatores laudari appetūt vt reuerenci⁹ audiant̄. Reuerent̄ audire desiderant. vt maiorez fructū faciāt. Talis vana gl'a est ancilla. qr cuius vita despicit̄ restat vt eius p̄dicacō ꝯtemnatur. Jō xp̄s Math. v. Sic luceat lux vestra corā homib⁹ vt videātur opa vestra bona. ⁊ glorificēt patrez vr̄m q̄ in cel' est. Sz sicut cādela extinguit̄ modico vento. ita p̄sona p̄ue spūalitatis modico vēto inanis gl'e. Sz sicut magnus ignis nō extinguit̄ vento ymmo magis accendit̄. Ita p̄sona multū spūalis. Jō dicit xp̄us. Sic luceat lux vestra ⁊c̄. ¶ Scdm qd̄ hz vera humilitas ⁊ p̄fecta est ꝙ bona opa fiāt in laudez dei. Ideo xp̄s instigabat illos inuisibiliter vt publicarēt miraculū in laudē dei ⁊ honorē Deo grās.

¶ Dnica. xiij. Sermo primus

Hoc fac et viues. Habet̄ v̄buz istud originaliter Lu. x. ca. ⁊ recitatū est stati in euāgelio hodierno. Sermo noster erit de scō euāgelio hodierno. Si placet deo habebim⁹ multas bonas doctrīas p̄ nostra instructōe. defectuū correctōe. ⁊ aīaꝝ ꝯsolacōe. Salutet̄ virgo Maria ⁊c̄. In sctō euāgelio hodierno xp̄c ostendit nob̄ tria multū nc̄cia ad saluacōnez nostrā scz

¶ Primū cognicō de veritate diuinali.
¶ Scdm dilectō de caritate integrali
¶ Terciū opacō de pietate fraternali.

Sine hijs trib⁹ nullus p̄t saluari ⁊ de q̄libet istoꝝ dicit thcā. Hoc fac ⁊ viues eternal'r in paradiso. ¶ Dico prīo ꝙ xp̄c ondit ꝙ habeam⁹ in hac vita cognicōez de veritate diuinali vt ꝯgnoscam⁹ deū sine errore ⁊ falsa opīone. qr alias homo qñ vadit in alio mūdo nō ꝯgnoscit̄ a d̄o Amē dico vob̄ nescio vos. scz noticia appbacōis. Math. xxv. Et dicūt. o dñe ego suz religiosus. ego cleric⁹ vel layc⁹ de tali ciuitate. Amē dico vob̄ ⁊c̄. Et cōcordat apl's di. Oīs qui ignorat ignorabitur. prīa ad Coꝝ. xiiij. qr g̃ ista cognicō de v̄itate ē ita nc̄cia nob̄ ad sciendū in hoc mūdo. Jō xp̄us eā nob̄ ondit in prīcipio euāgelij dicens. Beati oculi q̄ vident q̄ vos videt'. Mathe⁹ addit. ⁊ beate aures que audiūt que vos auditis Math. xiij. Dico vob̄ ꝙ multi ꝓphe et reges. matheus addit ⁊ iusti voluer̄t videre q̄ vos videt'. ⁊ audire q̄ vos auditis ⁊ nō audierūt. ymmo cū illo desiderio decesserūt. Nō credatis ꝙ loq̄ret̄ solū de visione corpali. qr iudei eciā videbāt p̄ñciam xp̄i corpalez tñ non erāt beati s̄ re ꝓbati. Sed apl'i ⁊ discipuli xp̄i erāt beati q̄ extra habebāt p̄ñtiaz xp̄i corporalez. ⁊ intus oculis aīe videbāt xp̄i diuinitatē ⁊ ista visio faciebat eos btōs Itē de auditu qr eciā iudei audiebāt v̄ba eius corpaliter s̄ nō obediencialit̄ vt apl'i ⁊c̄. Dico eni vob̄ ꝙ multi ꝓphe vt moyses. Isayas Jeremias. ⁊ multi reges vt dauid ⁊c̄. Qr exq̄ deus p̄r misit filiū suuz incarnandū. beati p̄res ita ardēter desiderabāt eū vide ⁊ audire. ꝙ moriebātur desiderio di. O q̄le tp̄s erit illud qñ deus incarnatus ibit p̄ terraz. et p̄dicabit illa secreta celestia Dicebat thobias de se. Beatus ero si fuerīt reliq̄e seminis mei ad videndū claritatē iherl'm. Thob. xiij. Alij s̄m ꝙ tāgit Ambrosi⁹ dicebāt qñ veniet. qñ nascet̄. qñ apparebit. putasne videbo. putasne durabo. putas ne hic me inueniet illa natiuitas. O si oculi mei videbūt qd̄ credo in scripturis dei. Sz apl'i videbāt euz. stabāt cū eo. comedebāt. bibebāt cū eo. ⁊ ambulabāt cū eo. Jō dicebat eis. Beati ocu-

li qui videt q̄ vos ꝛc̄. q̄ videbāt eū nō
solū oculis corpis ꝫ aīe. s. credendo. obe
diendo. ꝛ audiebāt eū non solū auribꝫ
corpalibꝫ ꝫ aīe. Si bene attendistis. xp̄c
ponit duos modos cognicōis de ꝟitate
diuinali. Prīo scz videndo. Scd̄o scz
audiēdo. qꝛ aliter non p̄t haberi. Jō ad
cognoscendū deū summe sūt nccij visus
et auditus. ex visu enī siue audiēcia natu
rali rōe possumus scire illa q̄ ꝑtinēt ad v
nitatē dei. Hoc eciā ph̄ij ostenderēt cla
re dicē. ꝙ est vnus deus. vnꝰ princeps
vna prīa cā. vnus p̄mus motor. hoc eci
am q̄libet intellectu vigens p̄t videre ꝛ
scire. qꝛ sicut ille qui intrat palaciū ꝛ op
time ordinatū ꝛ gubernatū q̄ꝫtuncūz sit
rudis statiz cognoscit sine hoc qd̄ dicatur
sibi ꝙ magnus dn̄s ꝛ potens est q̄ illud
palaciū fecit ordīauit gubernat ꝛ regit.
Ita de palacō hꝰ mundi ꝛ eius ordina
cōe ꝛ gubernacōe potes cogitare ꝛ vide
re ꝙ magnus dn̄s ꝛ potēs est q̄ ip̄m fe
cit qꝛ nihil fit a seip̄o ꝛ ille est deus. I
sto mō antiq̄ qui nōduz habebāt libros
mgr̄os nec p̄dicatores cognoscebāt deū
videndo mūduz ꝛc̄. Istā deductōnez
facit ap̄lus dicēs. Inuisibilia dei a crea
tura mūdi ꝑ ea que facta sunt intellecta
cōspiciūtur. sempiterna quoqꝫ eius ꝟtꝰ
et diuinitas ita vt sunt inexcusabiles. ad
Ro. j. Inuisibilia dei sunt attributa di
uina scz eternitas. omīpotencia. sapien
cia. excellencia. ꝛ hmōi que ꝑtinēt ad v
nitatē essencie. Itez ex visu scitur ꝛ ꝯg
noscit̄ ꝙ quilibet dn̄s sapiens ꝛ potens
bonus ꝛ iustus dat retribucōez suis ser
uitoribꝫ bonos remunerando ꝛ malos
puniēdo. hoc igit̄ intellectu naturali pos
sumus ꝯgnoscere ꝙ ꝑsona q̄ viuit ꝛ ser
uat dei p̄cepta a deo habebit remunerati
onē. q̄ autē male viuit a deo habebit pu
nicōez. Isti duo articuli scz ꝙ deus est
oīm creator. Scd̄o ꝙ est bonoꝝ ꝛ ma
loꝝ retributor fuerēt sꝑ necessarij ad cre

dendū exp̄sse vt dicūt sancti doctores.
qꝛ ad oculū p̄nt videre rōnabiles. Auc̄
tas. Sine fide impossibile ē quenq̄ pla
cere deo. credere enī oportz accedentez
ad deū. qꝛ est ꝛ ꝙ inq̄rentibꝫ se remune
rator sit. ad Heb. xi. ¶ Secūdo ex audi
tu cognoscūtur secreta misteria fidei ca
tholice qꝛ ad ea non sufficit visus corpa
lis nec intellectualis. Jō ph̄ij nescierūt
ea. qꝛ nec oculis nec argumētis nec rō
nibꝫ p̄nt cognosci nec cōprehendi. Mō
ex quo xp̄us nob̄ eā reuelauit facimꝰ rō
nes. argumēta de trinitate. de incarnacōe
de morte ꝛ passione. de sacramēto altaris
Sz nisi deus reuelassz modicū valerēt
argumēta ꝛ rōnes. qꝛ hec misteria nō ex
visu nec argumētis hn̄tur. Sed ex sola
audientia. ꝟbi gracia. Quilibet xp̄ianus
tenet istā ꝟitatez in corde suo ꝙ xp̄s de
us est tres ꝑsone. pater ꝛ filius. ꝛ sp̄us
sanctus. Ista veritas nō ꝑ oculos. nec ꝑ
adoratū. nec ꝑ nares. nec ꝑ tactū intra
uit. ꝫ ꝑ aures qꝛ audiuistis p̄dicare illd̄.
Tres sunt q̄ testimoniū dant in celo pa
ter. verbū. ꝛ sp̄us sanctꝰ. ꝛ hij tres vnū
sunt. prīa Joh̄is. v. Hic similitudinē de
vno sole. Itē idez dicendū est de incar
nacōne filij dei quā quilibet xp̄ianus cre
dit firmiter. Et ꝙ in illa huānitate pas
sus est. mortuus ꝛ sepultus. ꝛ resurrex
it tercia die. Et ascendit in celū fide tene
mus. Nā iste veritates ꝑ audienciā illi
us ꝟbi Qui cū in forma dei esset ꝛc̄. ad
Philippen. ij. intrauerūt in corde. Itez
de altaris sacramēto non sufficit visus.
qꝛ nō videt̄ a nobis ibi. Nec sufficit gu
stus siue tactus. sed ꝑ auditū illius ꝟbi
xp̄i. Caro mea vere est cibꝫ. ꝛ sanguis
meus vere est potus. Joh̄. vi. Illa veri
tas intrauit in cor nostrū. Caro illa xp̄i
nō est mortua ꝫ viua. Ergo ibi est sang
uis ꝛ anima ꝛ diuinitas. Idez eciā po
test dici de alijs articulis ꝛ secretis fidei
Jō ap̄lus. Fides est ex auditu. auditus

autē ꝑ verbū dei. Ad roma. x. Moraliť habemus hic doctrinā si ad nostrā salua cōez taz necessaria est cognicō dei ꝑ visuz ⁊ auditū. qđ peccatū est illoꝝ q̄ non soluz nō audiūt verbū dei. ymmo nō permittūt ꝙ aliq̄ alij audiāt. ¶ Nota coñ illos q̄ vadūt tumultuose in circuitu ecclesie respiciēdo mulieres ⁊ turbādo sermonē. O dānati filij peccati ⁊ damnati prēs q̄ congregauerūt ꝓ talibꝫ. Auisenť prēs ne damnenť ꝓ filijs. ¶ Notate quō fecit dñs carthusie q̄ soluz dimisit centū florenos filijs qñ renūciauit seculo ⁊c̄. Dicať quō que mala fiūt ī ecclesia sunt maxīa pctā. qꝛ qđ alibi posset fieri v̄tuose ⁊ vsus mr̄ionij ibi esset maximū peccatuz. q̄ꝫtomagis illa que de se sunt pctā in omni loco vt q̄ viderit mulierē ad cōcupiscendū ⁊c̄. in eccīa est maius pctm̄ ymmo sacrilegiū. Jō dicit scriptura. In terra scōꝝ scz ecclesia ad sācta opa dedicata iniq̄ gessit. ⁊ non videbat glam dni Isa. xxvi. Jō precepit deꝰ antiq̄tus di. Sabbata mea custodite ⁊ sāctuariū meū metuite. Leuiti. xix. ꝓpter ꝫ in introytu eccīaꝝ ponit̄ aqua benedicta ne a peccatis ꝯprehendatur homo. ⁊ illi intrant ad respiciendū mulieres. ad ridēdum ⁊ eas ꝑturbandū. Non sic dauid qñ intrabat templuz dnī dicebat. Ego autē in multitudine mīe tue introibo in domū tuaz. adorabo ad templū scm̄ tuum in timore tuo. ¶ Dico scđo ꝙ in scō euāgelio hodierno de ista domica ostēditur dilectō de caritate integrali. Non sufficit ꝯgnicō de veritate diuinali que in intellectu ꝯsistit. ꝫ adhuc necessaria est dilectō de caritate ītegrali. q̄ consistit ī volūtate scz diligere deū sup oīa ⁊ ꝓximū sicut seip̄m. Ista est dilectō caritatl integre. hoc āt ostendit̄ cū dicit. Ecce q̄dam legisperitus surrexit vꝫ hoc Fac ⁊ viues qđ est theā. Cū autē xp̄us diceret apl'is et discipulis. Beati oculi ⁊c̄. Quidā doctor volens temptare Jh̄m vt haberet vanā gl'am. cogitās ꝯfundere xp̄m credens ꝙ fuissz faber lignarius ⁊ nunq̄ꝫ didicisset. ꝓposuit sibi subtilē questionē dicēs. Quid faciendo vitā eternā possidebo. quasi vellet dicere. Vos dicitl ꝙ visus ⁊ auditus sūt necessarij ad saluacōz et nunq̄t requirit̄ aliud. Rñt xp̄s. In lege q̄d scriptū est. quō legis. Et ille. Diliges dñm deū tuuz ex toto corde tuo. ⁊ ex tota aīa tua. ⁊ ex omnibꝫ viribꝫ tuis ⁊ ex omni mēte tua. Dixitq̄ꝫ illi Jh̄s. Recte iudicasti. hoc fac ⁊ viues. Quatuor mōs ponit in dilectōe dei scz diligere dominū deuz ex toto corde. Itez ex tota anima. Itē ex omnibꝫ viribꝫ. Itez ex tota mente qđ idez est ꝙ summe ⁊ sup omnia diligere debes deū. acsi diceret. tu potes diligere patrē ⁊ matrē ⁊ sororem ⁊ fratrē. ꝫ magis deū. Tu potes diligere vxorē ⁊ filios ꝫ plus deū Jō xp̄s. Qui amat patrē ⁊ matrē plus q̄ꝫ me. non est me dignus. ⁊ q̄ amat filiū vel filiā sup me nō est me dignus. Math. x. Amor dei debet esse sicut oleū sup aquā in lampade cordis. Amor creaturaꝝ debet eē vt aqua frigida sub oleo amoris dei. modo si aliq̄s interrogaret̄ si diligit deū sup omīa. Rñderet ꝙ sic. Sz ad ꝓbā. si dicitis veꝝ vel falsuz. qꝛ dicit Greg⁹. ꝙ ꝓbacō dilectōis exhibicō est opis. verbi grā. Si vos vel filius habetl aliquā infirmitatē ⁊ velletis curari ⁊ đr vob vadatis ad talē bonū hoīez qui est admin⁹ sortilegus vel cōiurator. Et deus vobis p̄cipit ꝙ pro nulla re mūdi accedatl ad illū. q̄d facietis. Si vadatis ad eū patz ꝙ plus diligitis filiū q̄ꝫ deuz. Idē si perdidistis aliq̄d. sic ꝓbatur dilectō dei. Si vos rñderetis. Ego diligo filiū meū. ꝫ magis diligo deū. qꝛ ꝓ filio meo nō facerem cōtra preceptū eius. Idem de re ꝑdita. Idē de conpatre seu amico capto. caueatis ꝙ ꝓ nullo iuretis falsuz nec eē

ꝓ patre. ymmo nec ꝓ ꝑsona ꝓpria. Itez
deus ꝑcipit ꝙ festa colãtur ⁊ sanctificẽ
tur di. Memẽto vt diẽ sabbati. i. q̃etis
sanctifices. Exo. xx. Eccĩa declarat ꝙ fe
stũ sanctificare est in quolibet festo audi
re missaz. sermonẽ. ⁊ officia diuina. No
ta cõtra viduas q̃ post mortẽ viri sunt ĩ
domo ꝑ annũ ꝙ nõ vadunt ad ecclesiaz
Vidua bene dz abstinere ne vadat ad e
pulas nec ad nupcias sed ire ad eccĩam
debet alias videt̃ q̃si vindicta. q̃si dicat.
qꝛ vos deus interimistis virũ meũ non
intrabo domũ vestrã. Dicat̃ eciã contra
illã consuetudinẽ de puellis nõ euntibꝫ
ad eccĩam. Et vultis ꝙ sint iudee qꝛ ni
si amoꝛ ⁊ deuocõ refrenet mulierez als
⁊c̃. Quid enĩ ipẽ faciũt in domo mõ cũ
sclauis est ancillis mõ hñt oportunitatẽ
etc̃. Ideo sunt multe in mũdo que añ
q̃ꝫ veniãt ad nupcias peperierũt bis vel
ter. ⁊c̃. Recordemĩ de ꝟbo apl̃i dicen
tis. Prẽs nolite ad iracũdiaz sp̃ dei ꝓ
uocare filios vestros. Sz educate illos
in disciplinã ⁊ correctõez dñi. ad Ephe
vi. Disciplina sig̃t missaz que rep̃sentat
xp̃i passionẽ in qua xp̃s fuit disciplinatꝰ
Correctõ sig̃t predicacõez ꝑ quã pecca
ta corrigũtur. De dilectõe ãt ꝓximi di
cit Johes Carissimi nõ diligamus ꝟbo
neq̃ lingua sup̃ tm̃. s̃ ope ⁊ veritate. pri
ma Joh. iij. Qꝛ sicut q̃libet vult bonuz
ꝓ se ⁊ vitat malũ. Ita eciã ⁊c̃. ¶ No
ta aliq̃d cõtra decepcões que fiunt ꝯclu
dendo ꝑ illud apl̃i. Dũ tp̃s habemꝰ ope
remur bonũ ad om̃es maxĩe autẽ ad do
mesticos fidei. Ad gal̃. vi. ¶ Dico tercõ
ꝙ ostendit̃ in scõ euãgelio opacõ de pie
tate fraternali. Vñ sciẽdũ ꝙ postq̃ꝫ xp̃c
dixit illi doctori Recte rñdisti. Ille sup̃
biuit. qꝛ talis est ꝯdicõ vane gloriantiũ
q̃n laudãtur. ⁊ volẽs se ostendere volu
it replicare ⁊ dixit xp̃o. Quis ẽ meꝰ ꝓxi
mus. ¶ Notate hic quõ erat opinio iu
deoꝝ ⁊ eciã forte nũc sunt illius opinio
nis ꝙ ꝓximus iudei est solum iudeus ⁊
nõ alij. Sz xp̃s ꝓbauit sibi oppositũ et
fecit sibi ꝯcedere ore ꝓprio ꝙ infidelis ⁊
nõ iudeus erat ꝓximus iudei. ⁊ nõ solũ
iudeus q̃n ille doctoꝛ dixit q̃s est meus
ꝓximꝰ. Suspiciẽs Jhesus in celũ ⁊ dix
it. Quidã homo descendebat ⁊c̃. ¶ No
ta parabolam. Desertũ est illud in quo
xp̃us fecit quadragesimã ꝙ hebrayce di
citur abdom. i. sanguonos. qꝛ in eo latro
nes multos homines occidebãt. Quis
hoꝝ triũ videt̃ proximus fuisse illi. Re
spondit doctoꝛ ille. Qui fecit misericoꝛ
diã in illum. Ecce quõ vicit euz ex ore
ꝓprio. ¶ Nota ꝙ illi sũt ꝓximi ad quos
potest extendi beneficiũ misericordie ⁊ pi
etatis. Beati sunt ꝓximi nostri. qꝛ bene
ficiũ nostrũ extenditur ad eos. qꝛ quãdo
facimus pn̄iam ipsi gaudent vltra gau
dium essenciale. Gaudiũ est in celo sup̃
vno peccatoꝛee penitenciã agente. Luce
xv. Et beneficiũ eoꝝ extendit̃ ad nos. ip
si orãt ꝓ nobis. Illi eciã de purgatorio
sunt ꝓximi nostri. qꝛ beneficiũ nostruz
quod facimus pro eis extenditur ad eos
sed non extenditur ad illos de inferno. I
stam regulã dedit xp̃us. Sed om̃is ad
quẽ potest extendi beneficiũ misericordie
et pietatis actiue vel passiue dicit̃ noster
ꝓximus. Ecce qualiter xp̃us vicit eum.
Hic dico ego ꝙ ostenditur opacõ de pi
etate fraternali. Quãdo xp̃us voluit re
spondere doctori querẽti. Quis est me
us ꝓximus xp̃us suspexit in celuz ad de
notanduz secreta que tangũtur in respon
sione xp̃i qua dixit. Homo quidã descẽ
debat de deserto ⁊ veĩt yericho ⁊c̃. Iste
homo est ille qui de hac vita. s. corporali
ad mortem transit. ⁊ incidit inter latro
nes. Quia in morte cuiuslibet hominis
veniunt latrones id est demones inferni
Virgo autem Maria obtinuit pro gra
cia singulari ne venirent in morte sua.
Quod autẽ veniãt demones in morte.

Auctas. Sūt spūs qui ad vindictā creati sunt. ⁊ in furore suo ꝯfirmauerūt tormenta sua ⁊ in tpe ꝯsumacōis effundēt vtutē Ecci. xxxix. Itē alia auctas dauid Inhabitabūt sup̄ demoēs ī camera abscondita qꝛ inuisibiles sunt exn̄tibꝫ in camera. ip̄i calcaneū meū. i. finez obseruabūt. Et spoliauerūt euz. qꝛ ꝑ mortē dimittūtur oīa bona tpalia. Semiuiuo relicto. qꝛ in morte ꝑdit homo vitā corporalem ⁊ solū restat vita aīe in purgatorio torquēde. Quid ḡ ē a nobis fiendū. ꝓfecto debem⁹ cauere ne sim⁹ crudeles vt sacerdos ⁊ leuita iudei. ꝫ simus vt samaritanus misericordes q̄ in illuz fecit opa pietatis. ¶ Prīo cū vino lauit e⁹ vuluera. Ecce orō quaz nos misericorditer debemus facere ꝓ animabꝫ purgatorij. Orō eniz vt vinū calefacit in dei amore ⁊ facit plorare oculos. ¶ Scdo samaritanus infudit oleū. Ecce elemosine que sunt opus mīe ꝑ oleuz significate. Tercō posuit eū sup̄ iumentū. Ecce afflictō corpalis. Iumentū est corpus Iō qn̄ vos ieiunatis vel portatis alium vel peregrinacōnez facitis. aīa patris vel matris portatur ī iumēto corpis vestri. Quarto dedit duos denarios. s. auri stabulario Ecce sacrificiū misse in qua sunt multe dualitates. Prīa dualitas est panis ⁊ vini. Scda dei ⁊ hoīs in xp̄o. Tercia qꝛ missa est sacrificiū ⁊ sacramentuz Quarta qꝛ missa est oblacō ⁊ orō. Quīta ꝙ missa offertur ꝓ viuis ⁊ defunctis Sed auisetur hic de missis sancti amatoris. Beo gracias.

¶ De eadez dnīca Sermo scds.

Ego cum redi ero reddaz tibi. Luce. x. Ab isto theāte ego recipio motiuuz predicādi de retribucōne quā deus facit bonis ꝑsonis ex bonis q̄ fecerunt. ⁊ malis ex malis opibꝫ. Materia erit bona ⁊ vtilis qꝛ qn̄ homo scit retribucōem citius inclinat̄ ad faciendū bona. Et qn̄ scit punicōez refrenatur a mal'. Salute vgo Maria. Hoc verbū est dnī nostri Ihu xp̄i cuilibet ꝑsone huāne dicentis. Ego cū rediero reddā tibi. Pro declaracōne huius verbi ⁊ materie p̄dicande Sciendū. ꝙ in sacra scriptura tā in veteri testamēto q̄ꝫ in nouo legūtur duo aduētus xp̄i generales ad istū mūdū. Primus est de misericordia copiosa. Scds est de iusticia rigorosa. Primus fuit qn̄ venit in hūc mundū natus de matre vgine verus deus ⁊ verus hō. ⁊ ostendit segentibꝫ cū magna huīlitate ⁊ veīt ad dāduz redempcōez ⁊ graciā. ad vitanduz peccata ⁊ operanduz meritorie. qꝛ licet anteq̄ꝫ xp̄us veniret aliq̄ ꝑsone ꝫ pauce vitassent pctā ⁊ fecissent bona opa. vt iudei in terra ꝓmissionis. qꝛ tūc solū ibi cognoscebat̄ deus. Dauid. Notus in iudea deus in israhel magnū nomē ei⁹. Iō venit ad dandū redempcōez generalem omibus. qꝛ nō soluz illi q̄ ignorabāt deum ibāt in infernū. ꝫ eciā boni. Ido ad om̄s liberandū ⁊ ꝓuidendū ꝑ sancta sacramēta ne damnarētur venit xp̄s. Nā cū essemus ꝑuuli sub elemētis mūdi h⁹ errauimus seruiētes. at vbi venit pleītudo tpis misit deus filiū suuz factū ex muliere factū sb̄ lege vt eos q̄ sub lege erāt redimeret. Ad gal'. iiij. Iō dicit ipēmet. Ego veni vt vitā habeāt ⁊ habundātius habeāt. Joh. x. Nota habūdanti⁹ sp̄ q̄ꝫ in veteri testamēto. ¶ Scdus aduentus erit de iusticia rigorosa. ⁊ iste erit ī fine mūdi. qn̄ ꝫm rigorē iusticie dabit vnicuiq̄ꝫ qd̄ meretur qꝛ bonis dabit gl'az eternā. ⁊ malis penā eternā Et de hoc aduentu dicit ipē in theāte. Ego cū rediero reddā tibi. quasi dicat Iā non dabo tibi retribucōez ꝫm bona que facis. nec punicōez de malis. ꝫ cuz rediero in secundo

aduētu reddā tibi. Amore vestri quesiui
q̄t retribucōes facit de bonis ⁊ de malis
q̄ facimus. et inueni ꝙ tres.
¶ Pria datur in hac vita tpali.
¶ Secūda in morte corpali.
¶ Tercia in iudicō generali. Et de ter-
cia loq̄tur thēa principaliter. ¶ Dico pri
mo ꝙ deus in hac vita iā dat retribucō-
nez de bonis ⁊ de malis q̄ facimus. Qr
illis qui tenēt bonā vitā deus dat retri-
bucōez qr experimētaliter videt̄ ꝙ boā
vita ⁊ sancta secū portat delectacōes et
dulcedines cordis. quietē ⁊ leticiā men
tis. Ecce qualiter deus dat bonis iaz in
hac vita retribucōez aliquā ꝫ nō plenā.
nec ꝑfectā. qr illā dabit in gl'a. Per op
positū mala vita iā secuz portat ī hac vi
ta punicōez aliqualē qr licet mali ⁊ pctō
res ad extra rideāt ⁊ letent̄ ⁊ tripudient
tñ ad intra amari sunt ⁊ tristes in aīa. qr
vermis ꝯscie sp murmurat ⁊ remordet.
Sicut eī sanitas corporis secū portat le-
ticiā ⁊ cōsolacōez. ita sanitas aīe. Qñ
āt quatuor q̄litates corpis scz caliditas
et frigiditas. huīditas ⁊ siccitas sunt ī de
bita ꝯueniēcia ⁊ ꝓporcōne. hō est sanus
et letus. Per oppositū qñ in q̄litatibꝫ ⁊
cōplexionibꝫ est inordinacō. tunc sequūt̄
infirmitates. dolores. febres. ⁊ homo ē
tristis nec delectat̄ de aliq̄ ꝓpter corpis
infirmitatē. Ita de aīa est in qua sunt q̄-
tuor q̄litates ⁊ ꝯplexiones scz q̄tuor v̄-
tutes morales scz prudēcia que ordinat
aīam ne dyaboli tēptacōibꝫ. corpis in-
clinacōibꝫ. mūdi occasionibꝫ accedāt. et
aīa peccet ꝯ deū. Alia v̄tus est iusticia q̄
ordinat circa ꝓximū. ne ip̄m q̄uismō le-
dat. ꝫ reddere facit vnicuiq̄ qd̄ suuz est
ista est iusticia. Itē tercia est tpancia q̄
ordinat in diuicijs. honoribꝫ. ⁊ ꝓsperita-
tibus ne homo facit excessuz. Itē quar-
ta v̄tus est fortitudo hoīem ꝑficiēs ne ī
aduersitatibꝫ desistat a bonis opibꝫ. quā
do iste q̄litates siue v̄tutes sūt bene ordi-
nate ⁊ ꝓporcōnate aīa est sana ⁊ leta.
Itē ꝯsequēter qñ intellectus est clarus
ꝑ fidez. ⁊ volūtas ardēs ꝑ deuocōnez.
memoria recordat̄ de beneficijs acceptl.
et sensualitas est subiecta rōni rcē ⁊ vo
lūtati. tūc anima ē sana ⁊ leta. Nihil dul
cius q̄ꝫ respicere ī mādatis dei scz ea ser-
uādo Eccī. xxiij. Per oppositū infirmi-
tas aīe importat tristiciā qñ predicte v̄-
tutes ⁊ ꝯplexiones aīe sunt inordinate.
tūc enī non custodit se a dyaboli tēpta-
cōibus. ymmo ꝯsentit sibi. nec a carnis ī-
clinacōibꝫ ymmo seq̄tur eas. nec a mūdi
occasionibꝫ. ymmo placēt. Qñ intellec-
tus nō est clarus in fide. ꝫ dubitat in fi-
de. volūtas est inordinata ꝑ malas vo-
lūtates odia ⁊ rācores. Meōria nō re-
cordat̄ de diuinis beneficijs ꝫ de iniurijs.
Sēsualitas est negligēs in execucōe bo
norꝫ operū licet vos rideatl extra. aīa tri
statur ⁊ dolet intra ⁊ plorat Aug⁹. Jus
sisti dñe ⁊ ita est. vt oīs animus inordi-
natus pena sit sibi. Sed illi qui tenēt bo
nā vitā ⁊ scāz ⁊ sunt ordinati in aīa tan
taz hñt leticiā ⁊ cordis dulcedinē. ꝙ ñ
posset lingua explicari. Patz g̊ ꝙ bona
vita ⁊ mala iā in hoc mūdo secū portāt
aliquā retribucōez. Si vultis hoc clari⁹
videre declaret̄ ꝑ singula peccata morta
lia. ⁊ ꝑ v̄tutes oppositas. v̄bi grā. Naz
peccatū supbie dat amaritudinē. ⁊ huīli
tas dulcedinē. Igit̄ secū portant retri-
bucōez. Quid ē supbia nisi desideriuz et
cupiditas honoris. Videt̄ supbo ꝙ om
nes despiciāt euz. Primo vxor. Secū
do filij ⁊ alij qr non videtur sibi ꝙ faci-
ant ei tantā reuerenciā q̄ꝫtaz debent. Ec
ce dolor. Idez qñ intrat. vel ꝑ plateam
quādo trāsit si non omnes surgūt. Ecce
dolor. videt̄ sibi ꝙ despiciāt eum. Sed
humiles licet fient eis honores magni ñ
curāt nec inflantur. ymmo dicit humilis
Non nobis dñe nō nobis ꝫ nomini tuo
da gloriā. viuit quiete. Patz g̊ qd̄ dixi

Itē dicit superbus talis iaz est vicarius. vel baiulus iuratus ꝛc. ⁊ ego nō. Humilis aūt ꝛ egraciaꝫ deo ꝙ non habet illud onus regimis. Jō dicit superbis xps. Discite a me qz mitis suz ⁊ humilis corde. Mat. xi. Itē auarus de oībus habz dolorez. qñ enī auarus est ī mensa ⁊ videt vxorez ⁊ filios ⁊ familiā bene comedentes dicit. O miser ego suz iā destructus Idez de vino Et intrā volet ꝙ nō habz delectacōez cibi nec potus. Itez qñ videt saccū farine diminutū. dicit. O mi perditus suz ego. Qñ dormit sompniat latrones. si sentit mures. credit ꝙ sint latrones. Si est bonū ipse tristatur. qz nō est caristia. Ecce quō secū ducit punicōnez. Persona aūt liberalis letaꝫ ⁊ gaudet qñ videt vxorez filios ⁊ familiā bene comedētes. dicens. Comedam? qz deus puidebit nobis. Nos seruabim? Ꝑcepta sua. ⁊ ita comedūt ⁊ cenāt ordinate ⁊ cū leticia ꝓfidentes de deo dicendo. Bñe ego laborabo in officō meo bene ⁊ legaliter de residuo vos puidebitis nobis. Ideo dauid in ps. Exurgat deus. dicit. Justi. i. liberales epulent ⁊ epultent in conspectu dei ⁊ delectent in leticia. Itez peccatū luxurie magnā pducit. qñ phylocapt? de aliqua domicella vidua moniali vel maritata. vadit de die ⁊ de nocte cū armis. ⁊ cū magnis periculis. nō potest comedere. nec dormire. ꝫ facit sicut stultus. Et si cō sequit intentū suuz statiz dicit. nō sum ꝓtentus. Sed cū alia habere maiorē delectacōez. vel seruabo aliū moduz vt magis delectet. qz dicit pbus ꝙ ꝓcupis cēcia carnalis infinita est. ⁊ nō habet terminū. ꝫ quāto plus vsitatur. tāto plus crescit. Et vultis cognoscere istū dolorē. sic est de luxurioso sicut de febriciātate sitibūdo. cui datur potus cū pluuia etc. Sic ecia de febre luxurie. qz habitat in ossibz ⁊ neruis ⁊ venis. Persona autē casta si sit in mrionio cōtentaꝫ de societate sua. siue sit iuuenis vel antiq. alba vel bruna. Dicit vir sufficit mihi mlier mea et vxor casta est cōtenta de viro suo. Alij autē qui nō sunt de mrionio ita parū loquūtur de illa materia nec curāt aci nihil esset. ⁊ vinūt leti ⁊ quieti Jō dauid in ps. Voce mea. i. rēnuit ꝓsolari anima mea. scz in bonis carnalibz. g ꝛc. In q̄bus āt delectaꝫ oñdit dicens. Memor fui dei ⁊ delectatus suz. ps. lxxvi. Idez de pccato inuidie. q̄d est inuidia nisi dolor ⁊ tristicia de bono alterius. qz quando videt ꝙ alius plus honoraꝫ vel ditatur. vel est in officō regine in amore principis tristatur sūme ⁊ frāgitur p cor. psona āt caritatiā habet tātaz cordis dulcedinē ꝙ qñ videt aliū in honore ꝛc. letatur dicēs. Bñe cōseruetis eū in boīs ꝫ bñe recordemī de me qz ego sum creatura vestra sicut ille. Et ex ista caritate dñs sibi ꝓuidebit habūdanter. Jō dic aplus. Fructus spūs est caritas gaudium. Ad gal. v. Gula ecia secū trahit dolorē corpis. qz gulosi coiter sunt potatores ⁊ bñt oculos rubeos ⁊ tremūt. Qñ autē vinuz est bene lymphatū. membra ipm refurant ⁊ remanet ī stomacho ⁊ digeritur. Sūt ecia guttosi podagrici ꝛc. Itē gulosus sp famescit ante comestionē ⁊ ecia duz comedit. qz videt sibi ꝙ nihil sufficiat ei. Post comestionē ecia famescit qz habet saccū. i. ventrez magne capacitatis. Persona vo tēperata est abstinēs comedit illud quo indigz. ⁊ sapit sibi ⁊ non vltra. Somnus sanitatis ī homine pco dormiet vsqz mane ⁊ anima illius cū ipo delectabitur. Eccī. xxxi. Ira ecia secū portat dolorē qñ ira cund? tristatur de aliqua iniuria et est cuz desiderio vindicte semp est cuz dolore cordis cogitās circa vindictas dicendo tu facies sic ꝛc. Post q̄z receperit vindictā timet amicos illius ꝛc. Si capit suspēdi-

tur. Si fugit pdit boā sua. Persona āt
pacifica dicit. vos mihi iniuriam fecistis
ore. ego possez me vindicare de vobis. ꝫ
nō volo. qꝛ deus nō vult ꝙ in domo sua
aliq̄s recipiat vindictā. Jō ego pco vo-
bis vt deus pcat mihi peccata mea. Jō
dicit xp̄s. In paciēcia vestra possidebitꝭ
animas vestras. Luce. xxi. Itez de pctō
accidie. Accidiosus āt in omib⁹ attediat̄
in nullo inuenit saporē sicut ferrū rubigi
natur qñ non est in vsu Ita accidiosus.
Dic cōtra mul[illegible]es dicētes. ego porta-
ui tm̄ modo p virginez Mariā ego no
lo facere coquinā. habeat ancillas. So-
lucō ⁊ vos misera q̄d facietis si eritis o
cōsa eciā eritis luxuriosa. Hō nascitur ad
laborē ⁊ auis ad volatū. Job. v. Ptz
regula ꝙ bona vita ⁊ mala iā in hac vi-
ta portant secū aliqualez retribucōnez.
De hoc auc̄tas. Nōne si bene egeris re-
cipies. si aūt male stati in foribꝰ tuis pec
catū aderit. Gen̄. iiij. ¶ Nota in foribꝰ.
.i. sentimētis ⁊ in potencijs aīe. vbi scz
sunt dolores. ¶ Dico scdo ꝙ deus dat
aliā retribucōez ī morte corpali quādo
aīa recedit a corpore. ⁊ ista retribucō ē
maior q̄ꝫ prima. Dicit beatus Aug⁹ ī
libro de cura ꝓ mortuis habēda. ꝙ ani
ma recedit a corpe in aliquo istoꝝ triuz
graduuz. qꝛ vel est totaliter pfecta et
bona. vl̄ totaliter impfecta ⁊ impenitēs
vel medio mō se habēs inter bonam ⁊
malā ¶ De prīo qñ psona tenuit bonā
vitā ⁊ diligēter vitauit peccata. vel si pec
cauit fecit cōdignaz penitēciaz. ⁊ bona
hora redijt ad deū ꝯterendo de peccatis
ꝓponēdo citi⁹ mori q̄ꝫ ad peccata redire.
Fecit magnas orōnes ⁊ corpis afflictō
nes intm̄ ꝙ si in statera diuine iusticie ex
vna pte ponerētur mala ⁊ peccata q̄ fe
cit. ⁊ in alia bona. bona incōparabiliter
excederēt ⁊ supexcrescerent. Qñ tales
moriūtur statim euolāt sine purgatorio
ad paradisuz. qꝛ iam in hoc mūdo transi
uerūt ⁊ sustinuerūt purgatoriū. Nōne
vidꝛ vob̄ purgatoriū eē ieiunare ī pane
et aqua. portare ciliciū. dormire in terra.
et sic de alijs. Ideo statim euolāt. Auc̄-
tas. Cū dederit dilectis suis scz psonis
sanctis somnū scz mortis. Ecce heredi-
tas dnī filij merces fructus vētris. Sic
sagitte in manu potētis ita filij excussoꝝ
Beatus vir qui impleuit desideriuz suū
ex ip̄is ⁊c̄ ¶ Nota filij merces. i. merces
filij. qꝛ pater aliud solariū dat filio ⁊ ali
ud seruo. et captiuo. qꝛ filio dat suā here
ditatez. Ita xp̄us pater noster nobis fi
lijs suis dat gloriā paradisi. que est sua
hereditas. qꝛ illa est merces filij. Si dica
tur ⁊ quis dat tantū solariū. Rñdet fru
ctus ventris scz virginis Marie. qui ē
xp̄us Jhesus. qꝛ p suaz passionē ⁊ mor
tem ⁊c̄. Alij p oppositū sunt ita de mala
vita ⁊ reꝓbata ꝙ sciunt se viuere in pec
catis mortalibꝰ nec penitent. ymmo cō-
tinue augent peccata ⁊ semp vellēt viue
re vt semp possent peccare. vt dicit Gre
gorius. Nō confitētur nisi forte ex vere-
cūdia. nec coīcant in paschate vt tenent̄
Nolūt parcere inimicis. nec restituere. ꝫ
dicūt ponā in testamēto ⁊c̄. Tales qñ
moriūtur. vbi vadūt. Accidit eis vt fal
coni habēti lapidez ligatū ad pedes. quo
licet vellet in altuz volare ex inclinacōne
naturali. trahitur tamē pondere lapidis
etc̄. Ita de aīa que naturaliter vellet in
altū volare ꝫ onus pctōꝝ qd̄ sibi tu ipo
suisti trahit eā subito ad infernū. De q̄-
bus dicit scp̄tura. Ducūt in bonis dies
suos. ⁊ ī pūcto ad inferna descēdūt Job
xxi. Ecce retribucō hꝰ gradus qui ē scd̄s
¶ Terci⁹ gradus ꝯsistit in medio scz de
psoīs nō pfectꝭ in vita. nec oīo reꝓbatꝭ
ꝫ penitēt de pctīs. non tm̄ q̄ꝫtū maria
magdalena. sed si v̄a ꝯtritio est. nō est si-
ne gratia. ꝯfitētur semel in anno ⁊ coīcāt
seruant penitentiā a ꝯfessore iniunctam.
sed nihil addunt. seruant precepta dei et

